iectum pres et pfectates eius. ergo metha phisicus habet cognoscere qd dicitur omnium re. fm qz reducunt in eius principia. et causas vles eius partes et proprietates. Scda pars patet na aristotil. ppter maxie conditionem sapientis modificat ponendo vt contingit etia qz cognoscens maxime vltia nouit aliquo modo oia rei subiecta. Cuius dicitur aliquo modo. daf sufficiter intelligi qz ad sapientem sufficit cognitio particularium quidditatum fm qz sunt reducibiles in ens inquantu es principia et causas eius. Item arguitur ab effectu qz in hoc toto libro no inuenit. qz alicui' sp'ei specialissime formaz specialissima inquirat aut doceat aristotil. nec passiones specificas eius. s bene inquit in generali de quidditate substantie ex quibus constituta sit et quomodo etia accidens inherat ad qd qd est. et descendendo ad partes substantie bene docet qualiter in rebus spialibus. se habeat qd quid est ad id cur? est. Et similit' in reb' materialibus qd pertinet ad qd dicitur substantie materialis. Et quid ad quidditate substantie immaterialis. s no descendit ad inquirendu. d'as specificas specier' spalissimarum. s hoc inquit in scientijs particularibus.

Secundo dubitatur. vtrum maxie

vltia sint ad cognoscendum difficilima. vlti dicitur qz no per aristo. primo phis. respodet thomas q maxie vltia dnr dupliciter. Vno modo in causando vt sunt de' et intellegere et etia celus. Et ista qz sunt fm se sint maxie cognoscibilia a nobis. tri sunt. difficilima ad cognoscendum eo qz a sensu sunt remotissima. Alio modo possunt dici maxime vltia in pdicando vt ens et cetera que sibi insunt que etia habent aliq' modum vltis in causando formaliter. Et hec vltia fm simpliciter intellegit' apprehensionem suam absolute considerata sunt primo nobis nota vt obieciat. Sed quantu ad inuestigationem principiorum causarum ppter tatur et originem ipaz p' sunt nota nobis minus vltia. Na per causas particulares q sunt vni' generis vel speciei p via resolutionis procedim' in causas vles. et sic maxime vltia in pdicando quantu ad completa et perfectaz notiaz sunt difficilima. Ad

Primum

cōgnoscēdū. Aliud dubiū quomōdō scia-
que est de maxime vlib⁹ sit de oibus. cū
tū talia sint paucissima. Dicitur q̄ licet
maxime vlia actu sint pauca qz quāto ali-
quid est vlius tanto actu pauciora cōte-
net 7 potestate plura. 7 oppositum est de
minus vlibus. tū in potestate ip̄a sunt
multa ideo cognoscens huiusmodi vlia
aliqua lter omnia cognoscit.

Ad rationes ante oppositū

Ad primā dicit q̄ quāto est aliud vlius
tanto cognitio eius est certior qz paucio-
ra ad eius cognitionē requirūtur. Verū
est tū q̄ p̄ticulare p̄fectū cognoscit dum
cognoscit i p̄pria forma q̄ dū cognoscit
in alio. s. in vli. S3 cū hoc stat q̄ p̄fectū 7
certū ē cognoscere suū v̄le q̄ cognoscere
suū p̄ticulare sub eō cōtenu. Ad secū-
dam dicit q̄ inuestigatio sp̄alium quid
dicitū pertinet ad speciales sciētiās q̄ licet
non considerent ea que ingrediuntur
huiusmodi quidditates tū cū quadā cō-
cafnatiōe 7 applicatiōe ad motū vel quā-
ritatem el ad genus scibile deueniūt ad
cognoscendū illa que cōstituunt huius-
modi quidditates. nā a cōcidentia conse-
runt ad cognoscendū qd quid est. sequit
int. xtu. Quia vero non actua.

Queritur octauo. vtrum hec

sciētia sit speculatiua maxime libera nō
humana possessio 7 honorabilissima.
Arguitur q̄ nō. ip̄a est p̄pter bonū mo-
ris 7 p̄pter felicitatē. ergo ē practica. Se-
cundo metha. dirigit 7 ordinat oēs ali-
as sciētiās tā speculatiuas q̄ practicas.
ergo est actiua vel debz dici equaliter spe-
culatiua 7 practica. Tertio s. c. metha. sub-
ferunt omnibus alijs sciētijs quia stabili-
p̄ncipia oim sciētiarū ergo nō est libera.
Quarto omis cognitio acquisita per de-
mōstratiōes est humana possessio 7 nō
diuina. metha. est huiusmodi ergo. Qui-
to illa sciētia est nobilitior q̄ habet certior
rem modū procedēdi. vt patz primo de
anima. s. mathematica certiori modo p̄-
cedit q̄ ista ergo ista sciētia nō est honora-
bilissima. ad oppositū est p̄bus in littera

Pro responsione sciendum

est primo. q̄ p̄bus postq̄ ondit. circa qd

veretur methaphi. cōsequēter offendit
q̄lis sit. ostendēdo de ip̄a quatuor cōditi-
ones vel qualitates que ponūtur in titu-
lo quēstionis.

Pro quo secundo sciendum

est q̄ vt habet tertio de aia intellectus so-
la extētiōe ad opus sit practicus. nō in-
telligendo q̄ quantitate sit extēibilis. S3
qz aliquādo cōparatur ad suū primū actū
ab o. ute qui est cognoscere verum ab o.
lute. 7 tunc dicit speculatiu⁹. quando qz
etiam cōparatur ad suū actū fm. secun-
dum q̄ per ip̄m actus voluntatis regula-
tur. Et sic intellect⁹ nō capit verū abso-
lute. s. vt est operabile a nobis. 7 sic cum
intellectus claudat aliquid qd est extra se
hocmō dicit⁹ intellectum extēdi 7 fieri
practicū. Ideo diffinit⁹ praxis a doctore
subtili. praxis est operatio alterius potē-
tie quā intellect⁹ naturaliter posterior ip̄-
sa intellectione nata cōformiter elici rati-
ōni recte vt recta sit. Ex quo patz q̄
huiusmodi actus alter⁹ potētie. s. volu-
tatis q̄ primo praxis dicit. nō est in ip̄o
intellectu nisi solum vt indigente. quia
tunc nō oportet ip̄ intellectū extēdi. s.
est in voluntate vt in eligente illū actū v̄l
in operante. 7 in alijs potentijs executi-
uis proquāto eay act⁹ impant a volun-
tate. neqz actus ip̄ius intellect⁹ praxis di-
citur. nisi p̄ quanto est directū illius ac-
tus cui primo cōpetit ratio praxis. Ex
quo patet q̄ male dixerunt ponētes locū
eam esse practeam. Nā fm diffinitionem
praxis nullus habet intellectus est prac-
ticus. nisi qz est directū operis alterius
potētie q̄ intellectus. S3 loyca soluz est
directiua operationū intellect⁹. Alterius
patet q̄ sciētia q̄ p̄pter se querit est spe-
culatiua.

Tunc sit prima cōclusio. me-

thaph. est speculatiua 7 nō actiua. p̄ oba-
tur primo ratione. nā metha. querit ad
ignoratiā effugiendā 7 nō propter ali-
ud queritur. ergo queritur propter scire.
igitur 7c. aūs probat p̄bus. nā p̄pter ad-
mirari inceperūt hoīes philosophari. dif-
ferēter tū qz in principio erat admirātes
pauciora dubitabiliū. Dande paulatim

Precedentes. nunc de maioribus et maioribus occultis admiratur. et ois qui dubitat et admiratur ignorat. ergo antecedens fuit verum. Sed consequentia probatur. quia in omni motu terminus ad quem contrariatur termino a quo. et ignorante contrariatur scientia. ergo cum homines inceperint philosophari ad ignorantiam effugiendam. Sequitur quod inceperunt philosophari propter ipsam scire. Secundo patet a signo. quia iam cunctis existibus artibus ordinatus ad vite utilitatem vel voluptatem vel introductionem in alias scientias. hec scientia incipit inquiri quod est signum quod solus queritur propter ipsam scire et non propter aliam utilitatem.

Secunda conclusio methaphisica.
 est scientia maxime libera. probatur quia homo liber dicitur qui sui ipsius et non alterius causa est. et similiter est de scientia. Sed sic est de methaphisica. cum sit de primis principis simpliciter intelligibilibus per que omnia alia intelliguntur et non e contra ergo etc.

Ex isto sequitur tertia conclusio.
 methaphisica perfecta non est possessio humana sed divina. patet quia illa scientia que est maxime libera. non potest possideri a natura que est multipliciter sua. sed natura humana est huiusmodi. et ex parte anime que corporis ex parte anime. quia creata est non habens formas intelligibiles. sed oportet ipsas a rebus sensibilibus per ministerium sensus medicare. Ex parte corporis vero. quia multis et variis necessitatibus et indigentis subiectum est. Item illud solus dicitur ab homine possessum quod ab eo plene habetur. sic quod ipso potest liberare uti ad nutum. sed sic non est de methaphisica. quia ab usu et acquisitione eius propter corporis necessitates impeditur homo. ergo non est humana possessio sed divina. Hoc iterum patet predictum symonidis dicitur. quod deus hanc scientiam sibi retinuit et talem honores quasi invidens ne homines in scientia sibi equarentur. sed si capiat invidia ut est tristitia de bono alieno. quanto invidus credit bonum alterius venire indimentionem sui boni. Dicendum est cur plene quod a deo ois invidia releganda est. nec in eo cadere potest invidia. Tunc primo quia est impassibilis. sed tristitia est quedam passio. Tunc secundo

quia deus per ipsum diues est et ois bonitas ab eo tanquam a fonte derivat ideo bonitas eius divini non potest. sed symonides loquatur admodum poetarum et sicut proverbium multa mentiuntur poete.

Est tamen advertendum. quod licet methaphisica perfecta ut est comprehensio maxime intelligibilium non sit humana possessio tamen methaphisica potest imperfecte ab homine possideri. prout est cognitio maxime intelligibilium a posteriori per viam causalitatis remotionis et eminentie. et illud modicum quod haberi potest de cognitione primarum causarum delectabilium est et preciosius quam cuncta notitia rei sensibilis.

Ultima conclusio methaphisica.
 est honorabilissima scientia. patet quia est maxime divina. ergo etc. ans probatur probatur quia scientia dicitur dupliciter divina. Unum quod est de deo et divinis. Aliud quod solus deus causa perfecte possidet. sed hec duo isti sic conveniunt. est enim de deo et substantiis separatis. Et nomine dei intellexerunt philosophi. primum principium simpliciter totum esse et vltimum gubernatorem et purissem omnium rerum. Ex dictis patet quattuor qualitates vel proprietates huius scientie.

Tunc ad rationes ad primam.
 dicitur quod felicitas consistit principaliter in speculatione que est actus intellectus. verum est tamen quod tales speculationes. insequitur quedam delectatio et quedam amor naturalis que semper quantum est de se. recte est. Et amor iste vel delectatio proprie non habet rationem praxi. quia non est nisi quedam complacentia naturalis in contemplatione summum veri. quod est summum bonum. Ad secundam dicitur quod hec scientia est ordinativa aliarum in ratione finis quia est finis ois. Scientia vero practica est ordinativa et directiva operis in ratione efficientis. Dicitur ultra quod licet hec scientia pro quantum stabili principia aliarum scientiarum sit earum quodammodo modo directiva in ratione efficientis tamen non dirigit ad operationem que sit practica. sed solus ad speculationem nec stabilit principia scientiarum practicarum nisi pro quantum in se ipsis recipit aliquid speculationis. Ad tertiam dicitur quod licet hec scientia stabiliat principia aliarum scientiarum tanquam superior cognitio. tamen non

Secundus

querit gratia illor. s. principaliter gratia
sui ideo nō sub seruit alijs scientijs. s. cōtra.
Ad quartaz patet solutio exdictis

Ad quintā dicitur q. supposita equa-
litate subiecta scientia certior est honorabi-
lior. s. simpliciter loquendo illa est hono-
rabilior que est de honorabiliori subiec-
to cuiusmodi est ista scientia

Explicit primus liber metaphisice

Grca secunduz li-

brum metaphisice q
ritur primo. vtruz cog-
nitio veritatis sit ho-
minū possibilis. Ar
guitur primo q. non

q. omne qd mouetur partim est in ter-
mino a quo. 7 partim in termino ad que
S. intellectus n. a principio sue creatio-
nis cū sit tanq. tabula nuda nō habet
partim cognitionē veritatis. ergo nō po-
test moueri ad veritatis cognitionē.

Secundo alteratio nō fit circa intellec-
tum. ergo intellectus non potest mutari
de ignorantia ad scientiam quia sic mu-
taretur de contrario in contrariū 7 altera-
retur. Tertio nō s. nescimus verum
sine causa vt dicitur in hoc secundo sed
impossibile est nob. causas veritatis cog-
noscere. igit. minor patet quia causa pri-
ma non potest a nobis cognosci nec apri-
ori cū nō habeat cau. iam nec a posteriori
ri. cum nullus sit effectus ei ad equatus
ergo nec aliqua causa secunda potest a
nobis cognosci quia illis causa a prima
dependet quantum ad esse 7 quantum
ad cognosci. Oppositum arguit quia di-
cit philosophus de veritate theonca sic
quidem difficilis est sic vero facilis s. qd

est difficile vel facile est homini possibile
ergo 7 cetera.

Pro responsione est primo

sciendum. q. postquam philosophus in
primo libro recitauit 7 reprobauit oppti-
mones antiquorum philosophor. de pri-
mis principijs 7 causis entis circa que
versatur intentio huius scientie. cōsequē-
ter in isto secundo accedit ad veritatem
determinandam. sed quia circa veritatē
aliter se habet consideratio huius scientie
7 aliter scientie particularis. Nam quilibet
bet particularium quandam veritatem
particularem circa aliquod genus deter-
minatum entis solum considerat. hec
autem scientia considerat veritatem vtruz
cuiuslibet entis. ergo ad hanc scientiaz p-
tinet ostendere modum cognitionis ve-
ritatis quod facit in isto libro in quo sa-
cit tria principaliter. Primo ostendit
qualiter se habeat homo ad veritatis cog-
nitionem. Secundo ad quas scientiaz
maxime pertineat veritatis cognitio cur-
ca quod tractat de statu in quolibet ge-
nere cause. Tertio ostendit modum cō-
siderande veritatis ponendo impedimē-
ta in acquisitione cognitionis veritatis
7 postea ponendo remedia. Et postmo-
dum in tertio libro incipit suum proces-
sum circa inquisitionē veritatis de prin-
cipijs entium 7 de omnibus alijs ad que
se extendit huius scientie consideratio.

Tunc fit hec conclusio. cogni-

tio veritatis est homini possibilis patet
quia homo naturaliter desiderat scire. s.
scire nihil aliud est quam veritatem alijs
entis cognoscere. sed naturale desi-
derium frustra esse non potest igitur.
Item nisi sic nō contingeret aliquem ho-
minem esse felicem. cum hominis felici-
tas in veritatis cognitione 7 contempla-
tione 7 potētissime prime cause consistat
Et si queratur. vtrum per doctrinam vel
inventionem acquirat homo scientiam.
Respondetur q. vtroq. modo potest eni
acquirere ab extrinseco doctore adiuuan-
te intellectum discipuli applicando prin-
cipia sibi nota ad conclusiones igno-
as

fit etiam quandoq; abintrinseco per in-
uent onem ppriaz 7 maxime quo ad pri-
cipia que cognitis terminis lumine intel-
lecti? 7 propter cog evidentiā siue discursu
statim fuerit nota intellectui. Et etiam
quo ad aliquas cōclusiones pncipijs p-
pinquas snt q; aliqui sunt pncipat oris
intellectus snt hoc per se pnt pluriū ver-
tatem inuenire cognitionem.

Sed dubitatur. vtrum cog-
nitio veritatis sit hoi. quodammodo facilis
7 quodammodo difficilis. Videt q; nō qz
si esset facilis hoc esset quantum ad pnci-
pia 7 si difficilis hoc esset quātū ad cōclu-
siones sinecursū. dici potest qz pncipia
sunt difficilima ad cognoscendum scōo
el. n. coruz 7 cōclusiones cū sint cōpositi s-
ores pncipijs 7 sic 7 sensu propinquiores
sunt faciliores ad cognoscendum pnci-
pijs. Dicit pmo cū philosopho q; cog-
nitio veritatis est hoi quodammodo faci-
lis patet trib; signis. Pmo est licet
nullus possit cōplera veritatis cognos-
tionem adipisci. nul; tñ est ita ignar; qui
veritatis aliquale cognitionē habeat qz
videmus q; quilibz de veritate 7 naturis
rez aliquid enūciat 7 inrer; aliquid cog-
noscit. cū enūciatio sit signū cōcept; in-
terioris. Scōm signū est qz licet id qd
vnus homo suo studio potest apponere
ad veritatis cognitionē sit parū p con-
spirationē ad totā cognitionē veritatis
tñ id qd aggre. gat ex oibus dictis coar-
ticularis. i. collectis facit quādam magni-
tudinez vt patet in inuentione artiu; que
per diuersorū hoim studia in admirabile
puenerūt incrementū. Tertū signū
est sicut nullus in forab; domus delin-
quit. s. circa interiora dom; deficere pos-
test. sic circa pncipia sciaz que ad cōclu-
siones se habent. vt ianuā in domo hoi-
nis par; deficit 7 quo ad ipā cognitio ve-
ritatis est nobis facilis. s. quātū ad con-
clusiones ex ipsis educibiles est difficilis.
Dicitur scōo q; cognitio veritatis est quo-
dammodo difficilis patz signo. philosophi
quia nō est homini bene possibile habere
totum 7 partē in cognitione veritatis
7 hoc ostendit difficultatem veritatis

cognoscendo. Unde siue procedat via
resolutionis a cōpositis ad simplicia ato-
to ad partes licet perficiat veritatis cog-
nitio puenedo ad singulas partes totū
distinere cognoscēdas semp; adhuc aliq;
pars deficit siue pcedit via cōpōis a sim-
plicib; ad cōposita 7 a pncipibus ad totum
est multū difficile perfecte cognoscere par-
tes 7 totū. Ad rationē factā dicit q; pnci-
pia absolute capta vt sunt quedā enun-
tationes ex suis terminis cōstitute sine ha-
bitudine ad cōclusiones sub se cōtētas
facilima sunt ad cognoscendū. s. illa ac-
cepta in habitu ad cōclusiones sunt
difficilima. 7 quātū sunt superiora tanto
sunt difficiliora qz sub ipsis plura cōtine-
tur. Et de cōclusionib; dicendū q; cog-
nitio est confusa quo ad qz est. potest eaz
veritas cognosci anteq; cognoscatur dis-
tincte pncipia. 7 cause veritatis ipsarū
s. cognitione perfecta cōclusiones sunt dif-
ficles ad cognoscendum.

Ad rationes. ad primaz di-

ctur q; ad cognitionē veritatis per mo-
tus ratiois procedim;. Ultra dicitur q;
intellectus nō ante ad discere est nudus. s.
cuz iam est in ad discere aliquid habet de
cognitione veritatis licet illud sit imper-
fectum. Ad scōam dicit q; cū intellec-
tus mutat de ignorantia in scientiā non
est alteratio proprie dicta. s. tñ perfectia

Ad tertā concedit q; de prima causa
nō habem; cognitionē nisi quo ad quia
est. 7 quid nō est 7 bec cognitio sufficit ad
cognitionē scōarū 7 cau sarū quaz ha-
bere possum; pro isto statu. sequitur tex-
tus. forsan autem 7 difficultatem.

Queritur secundo. vtrū dif-

ficultas in cognitione veritatis prouenit
at ex parte rerum vel nostri intellectus.
Arguitur q; ex parte rerum. quia vnū qd
q; est intelligibile snt q; in actu nouo hu-
ius. Sed multe sunt res habētes esse po-
tentiale. ergo difficultas cognitionis ip-
sarū venit ex parte rerū. Secundo in-
tellectus noster in se nihil habet contrari-
um veritati. ergo est in vltima dispositio-
ne ad veritates suscipiendū 7 habet agēs
p se sufficiēs 7 debite applicatū. s. intellec-

Secundus

tu agentē ergo difficultas ex parte nostri intellectus venire nō potest. Tertio sensus ab intellectu dicitur quod corrumpitur ab excellenti sensibili et post sensationem maioris est impotens sentire minus sensibile si intellectus contra confortatur ab excellenti intelligibili et est potentior ad intelligendum minus intelligibile. ergo difficultas in cognitione veritatis nō est ex parte nostri intellectus. Ad oppositum est plures in littera.

Pro responsione sciendum est

Primo quod postquam plures ostendit quod cognitio veritatis est quodammodo facilis et quodammodo difficilis. consequenter manifestat causas huiusmodi difficultatis.

Ubi est secundo sciendum quod

quidam antiquorum posuerunt omnes res esse in continuo motu et fluxu ideo dixerunt difficultatem in cognitione rerum venire penitus ex parte ipsarum rerum. Sed contra hanc opinionem dicit plures quod quous difficultas in cognoscendo veritatem perveniat forsitan ex parte duorum. scilicet rerum et intellectus. Ita in parte verum dixerunt antiqui quod sunt aliquae res fluxibiles et potentiales nō tamen omnes si minus pars est huiusmodi ideo dicit aristoteles quod nō in rebus sed in nobis est causa difficultatis. et hoc est intelligendum precipue istud probatur. nam si causa difficultatis totaliter esset ex parte rerum et nō nostri intellectus tunc quāto aliquid esset magis cognoscibile tanto facilius a nobis cognoscere. cuius oppositum est verum. quod sicut se habet oculus miccoracis ad lumen solis sic se habet intellectus noster ad ea cognoscenda que sunt nature manifestissima.

Tertio sciendum est quod in omni

actione potest venire impedimentum vel ex parte principij actum vel passivum ubi gratia quod lignum nō facilius comburatur potest provenire vel quod ignis est debilis vel quod lignum nō est bene combustibile. Similiter difficultas in cognitione veritatis potest provenire vel propter defectum qui est in rebus parum habentibus de actu et mul-

tum de potentialitate vel propter defectum virtutis nostre intellectus.

Tunc sit hec conclusio. Diffi-

cultas in cognitione veritatis quantum ad res parum habentes de actu provenit ex parte rerum. sed quantum ad res multum habentes de actu et parum de potentia ut sunt substantie separate provenit ex parte nostri intellectus. Prima pars patet quod unumquodque cognoscibile est secundum quod in actu. ergo quod parum vel nihil habent de actu sunt secundum se parum cognoscibilia. Secunda pars patet quod intellectus noster corpori coniungitur quāvis nō sit potentia organica. est tamen naturalis potentie forme naturaliter corpori unita. ergo habet naturalem ordinem et connectionem ad potentias sensitivas organicas que in eadem essentia anime eorum radicantur. ergo sibi naturale est medicare formas intelligibiles per ministerium sensuum et intelligere res per conversionem ad fantasmata ipsarum sed que naturalia sunt semper manent. ergo intellectus humanus corpori coniungitur elevari nō potest ad alium modum cognitionis et per consequens quā diu est corpori coniunctus substantias sensibiles et separatas parum cognoscere potest. Sed huic conclusioni adversatur scotus dicens quod nec ex parte rerum absolute nec ex parte intellectus nostri absolute venit huiusmodi difficultas. sed ex improprietate intellectus ad intelligibile. Et arguit sic quod secundum se est tale cuiuscumque conceptus semper est tale. ergo si aliqua res secundum se est difficile cognoscibilis tunc omnino intellectui divino etiam erit difficile cognoscibilis. et similiter si intellectus noster sit secundum se difficile cognoscitivus tunc omnino rem cuius difficultate cognoscet. Sed hec ratio potest solvi quia principium illud habet veritatem in absolutis et nō in respectibus. Clarum est enim quod duo ad unum se habent secundum se in proportionem dupla. et tamen nō se habent in eadem proportionem cuiuscumque comparatur. Ultra dicitur quod omnis res que secundum se est difficile cognoscibilis etiam apud intellectum divinum quantum est de se et ex parte sui difficile cognoscibilis est.

Sed q̄ ab eo cognoscat sine difficultate hoc est ex parte diuini intellectus qui suam scientiam non mendicat a rebus neque scientia eius mensurat a rebus propter hoc materialia intelligit immaterialiter composita simpliciter diuisa vnice et possibilia actiualiter siue potentialia que non intelligit res per lumen acceptum a rebus. sed per lumen suum quod est causa esse veritatis ipsarum rerum vltra dicitur quod scilicet ita dominus necessario ponit causas difficultatis esse ex parte rerum vel intellectus que in proportionem agentis ad patientis semper est ex parte vnius ipsorum.

Sed dubitatur vtrum intellectus

corpori coniunctus possit cognoscere deum et substantias separatas. respondetur cum sancto thoma. quod intellectus noster corpori coniunctus non potest cognoscere deum et substantias separatas quantum ad quod est. sed solum quantum ad que sunt. et quod non sunt. patet primo auctoritate philosophi in hoc passu dominus qui sicut se habet oculus nitor coracis etc. Ratione sic arguit intellectus corpori coniunctus propter causas prius dictas nihil cognoscere potest nisi per ministerium sensus que necesse est quecumque intelligibilitatem fantasmatum speculari. tertio de anima. sed substantie separare non sunt per se sensibiles neque habent aliquos effectus ipsi ad equatos quorum cognitio conferat ad cognoscendum quidditates earum ergo etc. Item in omnibus agentibus et patientibus adinuicem proportionatis talis est natura quod patientis non se extendit ad plura quam agens. sed actio intellectus agentis non se extendit nisi ad quidditates rerum quarum species a fantasmatibus abstrahi possunt. ergo nec intellectus possibilis cognoscere potest nisi quidditates que a fantasmatibus abstrahunt. Item cognoscere quod quod est perfecte alicuius rei est ipsius intra se formare distinctionem. ergo oportet quod cognoscens discrete quod quid est alicuius rei habeat intra se ad equata species intelligibilem illius rei. sed tale pro isto statu acquirere non potest intellectus nisi de substantia separata cum nihil recipiat nisi a fantasmatibus. Secunda pars patet que ut dicitur thomas tripliciter possumus deuenire

ad cognoscendum que deus est et que sunt aliquid substantie separate. et quod non sunt. scilicet per viam causalitatis eminentie et remotionis. Sed huic responsioni quantum ad primam partem contradicit auerroyes tales rationem adducens substantie separate sunt maxime intelligibiles. les ergo si a nullo intelligant sequitur quod erunt frustra. sed hec ratio derisibilis est.

Primo que finis substantiarum separatarum non est quod intelligatur a nobis. ergo si nunquam a nobis intelligerent. non sequitur quod essent frustra intelligibiles que frustra dicitur quod non consequitur finem ad quem ordinatur.

Secundo que licet a nobis non intelligatur a se ipsis. tamen vna ab alia intelligitur. Item bene predicta conclusioni contradicit albertus qui ymaginat quod postquam intellectus noster possibilis conuertitur est perfecte omnibus formis intelligibiles naturales et mathematicas que cadunt sub actualitate luis intellectus agentis tunc vnice sibi intellectus agens non solum per modum effectus. sed etiam per modum forme intelligibilis et intelligit ipsum intellectum agentem se ipsum et substantiam aie perfecte. Nec plus ad intelligendum indiget conuersione ad fantasmata. sed habet suum lumen totaliter superius conuertitur attingendo substantias separatas. et ideo immediate ab ipsis potest recipere illuminationes et quidditates earum cognoscere et intellectum nostrum sic formatum et completum vocant intellectum adeptum in qua adeptione ponitur felicitatem hominis puto statu consistere. Sed hec opinio vix impossibilis que non est possibile per naturam quod aliquis homo conuenit sequi omnes formas intelligibiles naturales et mathematicas que hoc non faceret nisi per viam sensus. sed non est possibile naturaliter aliquem hominem sentire omnes res.

Item dato quod omnes res naturales et mathematicas cognosceret. se ipsum intellectum agentem et substantias aie cognosceret. et quod sic diceret intellectus adeptus adhuc non propter hoc cognosceret quidditates substantiarum separatarum. Datur primo que intellectualitas in fine intelligentie plus excedit omnium formarum naturalium intellectualitatem quam intellectualitas omnium corporalium excedat intellectualitatem vnius rei corporalis.

Sed intellectus ex cognitione vniuersalis rei particularis nisi eleuat sufficere ad hoc cogitare non potest oēs alias res corporeas ergo etc. Secundo substantie separate nisi possunt directe et immediate producere formas intelligibiles in intellectum nostrum quia hoc facere non possent nisi creando quod eis competere non potest. ergo intellectus nostrus non potest ipsas quidditates intellectuales. Tertio minima substantia separata specie differt ab oibus istis inferioribus et a qualibet alia substantia separata. et est superioris ordinis. ergo ex cognitione istorum inferiorum non possumus deducere in cognitionem quidditatis eius aut alicuius alterius.

Ad rationes ad primas partem solutio. Ad secundam dicitur quod licet in intellectu nulla sit forma positua veritati contraria. tamen propter debilitatem sui luminis intellectualis est improporcionatus intelligibilitati substantiarum separatarum. Et sic non potest eas directe inueniri nec equaliter sed solus aliquantulum sub vniuersali rerum sensibilium. Sicut habes debilem visum non potest directe lumen solis in se recipere. Ad tertiam dicitur quod sensus duplici de causa impedi potest a cognitione. scilicet excellentis sensibilis. Vno modo quod corrumpitur organum eius ab excellenti sensibili et istud locum non habet in intellectu nostro. Alio modo potest impediri propter improporcionem sensus ad sensibile quod causatur ex defectu virtutis sensitue sicut videmus quod potentie sensitue eiusdem virtutis non sunt in omnibus sicut homini ex natura sua contingit quod habeat pessimum olfactum ita miora quod habeat debile visum qui non potest claritatem solis aspicere quia ad ipsam non habeat proporcionem et hoc impedimentum reperitur in intellectu nostro respectu maxime intellectualium quibus non proporcionatur propter defectum luminis eius. sequitur in textu. non solum autem his.

Queritur tertio. vtrum ista scientia que prima philosophia dicitur maxime sit veritatis scientia. Arguitur quod non quod verum et falsum sunt in mente et non in rebus. id

in sexto huius tanquam entia ratiois remouentur a consideratione huius scientie. cuius ergo sint entia ratiois sequitur quod philosophia prima non considerat de ipsis nec est scientia veritatis ymmo loyca. Secundo sic cuiuslibet scientie speculatiue finis est veritas. ergo hec scientia non est magis scientia veritatis quam alie scientie speculatiue. Ad oppositum est philosophus in littera.

Pro responsione est primo sciendum. quod postquam philosophus ostendit unde venit principaliter causa difficultatis in cognitione veritatis consequenter ostendit qualiter homines se inuicem iuuant in acquisitione cognitionis veritatis. Deinde ad quam scientiam maxime pertinet veritatis consideratio quod ad hanc scientiam.

Abi secundo sciendum est. quod vnus homo in considerando veritatem iuuatur dupliciter ab alio. vno modo directe quando alius recte enunciauit de veritate et accipitur sua determinatio. Alio modo indirecte quando superficialiter siue erronee enunciauit quo ad hoc dixit philosophus quod non solus gratias agere debemus illis qui de veritate recte enunciauerunt et quorum opprobriis coicamur ymmo etiam illis qui superficialiter vel erronee de veritate et natura entium aliquid dixerunt. quoniam isti nobis aliquid conferunt quod tales habitum nostrum peccerant sicut nos inuitando et dando occasionem inquirendo de natura et veritate rerum. Et sic patet qualiter vnus homo ab alio iuuatur in cognitione veritatis.

Sed pro alia parte sit prima conclusio. philosophia prima est scientia veritatis. probatur philosophus primo. quod theoretice finis est veritas. practice vero opus. nam licet practice intendat quomodo se habeat veritas in aliis rebus. tamen causas veritatis non proprie inquirunt sed ea applicando ad aliquid particulare operabile determinatum ad hic et nunc. scilicet metha. est speculatiua vt patuit in primo igitur. Secundo nos nescimus verum perfecte sine causa sed philosophia prima est cognitio causa vt dictum est in primo ergo est scientia veritatis. scilicet quod cetera scientie speculatiue sunt causae cognitionis ideo vt videatur excellentia huius supra alias.

Sit cōductio secunda. phia

prima maxime est scientia veritatis. probat tere. qz vnuz qd̄q̄ alioz. i. inter alia maxie ipm̄ dicitur ex quo causat in alijs aliqd̄ vniuoce p̄dicatu qd̄ idēz est dicere p̄pter vnū qd̄q̄ zc. Vel quid qd̄ cōueit cause zc sic ignis dicitur calidissim⁹ qz est causa calozū in oib⁹ calidis. ergo illō de bee dici verissimuz qz causa est in oibus alijs vt vera sint. Sz p̄ime cause in oib⁹ alijs sunt causa veritatis z nō ecōtra qz vnū qd̄q̄ se habz ad veritatem sic ad esse modo p̄ime cause oib⁹ alijs sunt causa essendi z nō ecōtra. ergo sunt cause v̄tatis omnibus alijs z nō ecōtra z per consequēs sunt maxie vere cuz ergo metha. sit prima causarū cōsideratiua sequitur qz est maxime veritatis scientia. Et notāter in m̄uoce hui⁹ ratiois dicit vniuoce qz i terduz effectus pertingere nō potest ad similitudinē sive cause s̄m̄ eandē rationem in specie p̄pter excellentiaz cause. Et ideo licet sol sit causa caloris in igne z ceteris elementis z elementatis. non tñ proprie dicitur calidissim⁹. s̄ bene in eo est aliqd̄ quid amplius z excellentius qz sit esse calidum. Sed in proposito nomē veritatis nō est proprium alicui speciei. s̄ est cōmune nomē oibus entibus qz est passio transcendēs cōuertibilis cū ente z ita in noie z ratione veritatis coicant oīa entia. Ideo p̄m̄uz ens qd̄ est oibus causa vt sint z p̄ cōsequēs vt vera sint dici sic p̄ōt etiā proprie loquēdo verū. Et illa maxia inferit aristotol⁹ vnū correlatiū qz semp̄ existentū principia sint verissima. p̄bat dupliciter. Primo qz non sunt quāqz vera z quādoqz falsa. s̄ semp̄ in veritate p̄seuerant sicut z in esse. Secōdo qz huius modi p̄ncipijs nō est aliqd̄ causa vt sint. Nulla sunt alijs causa essendi ergo sunt verissima. probat cōsequentiā. qz vnū qd̄q̄ sicut se habet ad esse ita ad veritatem. z sic illa que quādoqz sunt z quādoqz nō etiā sunt quādoqz vera z quādoqz nō. z que semp̄ sunt semp̄ sunt vera. z que sunt causa essendi. sunt eis causa veritatis z sic est similis dispositio in esse z in veritate. Et hoc ideo est qz esset. est causa vere existi

matiois quā habet mēs nostra de reb⁹ veruz enim z falsuz cōplete nō sunt in rebus sed in mente.

Sed dubitatur. vtruz semp̄

existentū possit esse causa. videt qz nō qz qd̄ ex se nō est determinatū ad esse. indit⁹ ferens est ad esse. z nō esse. s̄ qd̄ esse suuz habet ab alio. tanq̄ a causa sui esse. non est ex se determinatū ad esse ergo nō potest esse z nō esse. ergo repugnat semp̄ existentūz habere causam sui esse. Itēz qd̄ est ab eterno nō habz principū. s̄ qd̄ semp̄ per est ē ab eterno. Ad dubiū dicit aristotol⁹ qz semp̄ existentū principia esse verissima est necesse. Itēz v̄ dicere in octauo phisicorū vbi dicit cōtra antiquos qz multuz prohibet aliqua q̄ sunt p̄petue veritatis causarū sui esse habere. z exemplificat d̄ illa veritate. triangulus habet tres angulus que est p̄petua z tamen habz causas igitur.

Aduertendum est tamen. qz

aliquo semp̄ esse. potest intelligi dupliciter. Anomō sic qz necqz habeat initūz durationis necqz causam sui esse. z bec duo posita p̄petuitate mūdi cum philo. solē deo cōueniunt. Aliomodo potest intelligi aliquid semp̄ esse sic qz nō habeat p̄ncipiūz vel finem durationis habet tamē initūz sui esse. sic qz esse suuz habet ab alio. Et hoc nō ponendo p̄petuitatem mūdi cū philo. ant. lligentie celūz motus ce li temp⁹ z materia prima dicerentur semp̄ existentia quia nō haberent initūz sue durationis. haberent tñ suuz esse ab alio sicut a causa. qz omne qd̄ est p̄ participatiōem necessario reducitur ad aliqd̄ qd̄ est per suaz essentiā vt ad causam sui esse. s̄ posita p̄petuitate mūdi adhuc nō esset nisi vnū ens per essentiā cuius scilicet sua essentia esset suū esse z cetera sunt per participatiōem. ergo reducuntur in ipsū sum vt in causam sui esse. Existis dicitur philo sophus potest inferri s̄m̄ inuentem eius quod nō implicat cōtradictionem aliquid esse coeternuz suo principio effectuo. nō tamen qz aliquis citra p̄m̄uz vera eternitate mensuratur. Sed posita p̄petuitate mūdi dicerentur coeterna

Primo qz nō habuissent initium sue duracionis. in fide tenendum est qz defecto nihil est citra primum qz nō habuerit principium duracionis et cetera. Et ad prima rationē distinguit de illa ppositioe ex. potest enim dīe circūstantiaz cause formalis et sic maior est vera et minor falsa vel cause efficientis et sic est eōuerſo. Ad alia dicit qz si sit finis de principio duracionis ans ē verū si de principio effectiuo rei est falsus.

Ad rationes ad primam dicitur. qz verus est in enūciatione vocali tā quā in signo et in cōpositione et dione in intellectu formaliter reperit et in subiecto et quo ad hoc verū dicit ens rationis. Et ad loyca pertinet qz decet modū cōponēdi et diuidēdi. Sed veritas reperitur in re tanqz in cā vel tanqz in effectu et fm hoc nō dicit aliqd distinctū re a natura vel quidditate rei et hoc modo capiēdo verus fm qz est realiter idē cū entitate rei prima pōta veritatem cōsiderat.

Ad scōdam dicit qz sola metha. cōsiderat primas veritates qz sunt bases et fundamentū omnium veritatum aliarū. Alie vero sūt speculatiue quāsdā picularis veritates quorundā picularium entium cōsiderant. sequit̄ in textu. Ad vero qz su pncipium et cetera.

Queritur quarto. vtrum in causis efficientibus sit pcessus in infinitum in sursum. et in materialibus deorsum. Arguitur qz sic generationes sunt infinite. ergo et generantia. et per cōsequēs efficiētia sunt infinita. Secundo in reuolutiōibus celi est pcessus in infinitum. ergo et in mouentibus. Tertio sic dicitur cōtinuu est materialis. s. cōtinuu est diuisibile. in infinitum. ergo in causa materiali ē pcessus in infinitum. Quarto sic generationes et corruptiones sunt infinita ppter materiam. ergo materie sunt infinite. Ad oppositum est philoso. in littera.

Pro responsione est primo sciendum. qz postquā aristotil. probauit qz hec scientia est maxime scientia veritatis. vbi accepit p medio qz est primariū causaz cōsideratiua. quia illud medium destrueretur si in causis procederet in in-

finitum qz nō essent prime cause. ideo generata diuis cōsequenter aristotil. probat ita. tum in causis tā indirectū hoc est in quolibet genere cause qua fm speciem ita qz non sunt infinite species causarū.

Secundo est sciendum qz cause efficientes sunt in duplici dīa. Luce dāz sunt essentialiter subordinatę et quedam accidentāliter. et dicit qz essentialiter subordinatę distingunt essentialiter vt patet de sole et hom. ne generante. Sed alie solū materialiter dicit vt patet de diuersis hominibus generatibus. Secundo dicit quia in efficienter subordinatis. scōda habet a prima substantiam virtutem et operationem in alijs vero nō. ideo in essentialiter subordinatis. prima causa nō mouent. scōda non moueret. s. in alijs nō vna non dependet ab alia ideo mouere vna ab alia non mouēt.

Tertio est sciendum qz patiens subicitur agenti. ideo procedere in agentibus est procedere in sursum. et procedere in patientibus est procedere in deorsum. Et quia de ratione materie est pati ideo pcessus in causis materialibus dicitur pcessus in deorsum.

Tunc sit prima conclusio. in causis efficientibus essentialiter subordinatis nō est pcedere in infinitum. pccius probatione supponit aristotil. qz tribus existentiis vnum debeat esse causa aliorū omnium. hoc nō potest cōpeteri vltimo. quia vltimum nullus est causa. medius etiam nō potest esse causa omnium sed solū vltimū relinquit ergo qz si aliquid sit causa omnium hoc oportet esse primum neqz differēter an sit vnus medium vel plura qm si plura sint in hoc cōueniunt omnia quod est esse medium. modo repugnat medio qz sit omni causa. Et etiam ponatur infinita media qz si eorū erit equaliter medium. Nam in infinito omnes partes sunt equaliter medie qz vna non plus accedit ad extremum quam reliqua cum in infinito non sit dabile extremum. Tunc arguitur sic si sint infinita efficientia essentialiter subordinata omnia erunt equaliter media. ergo nō

ergo nō esset dare primū efficiens. Sed ut dictum est soli primo cōuenit esse causa oim. 7 si nō sit causa nō erunt causata ergo positis infinitis essentialib⁹ dīo tollitur causa efficiens. vel sic argueret in essentialiter subordinatis remoto primo remouet fin. Cū fin habeat substantiaz 7 virtutez a prima. S; sublato primo 7 scōo nihil remanet igit. Itēz ad hoc qd aliq̄s effect⁹ sit. necessē est dēs causas ex quib⁹ est 7 dependet p̄transire. s; effect⁹ dependet ex oibus suis causis essentialiter subordinatis. ergo impossibile est i talibus causis esse p̄cessum in infinitū.

Secunda cōclusio in causis

efficientib⁹ accidēs subordinatū est p̄cedere in infinitū fin potentia successiois 7 nō fin actū. patz qz multū probibz in finita esse mouentia successiue. s; qd non possint fin actum paritū tertio p̄bificoz.

Ultima cōclusio in causis

materialib⁹ nō est p̄cedere in infinitū p̄ cui⁹ p̄batōe notat p̄bus qd dupl̄ contigit hoc fieri. proprie 7 p̄se. Unomō sicut expuero fit vir. 7 generaliter ex imp̄fecto perfectum. Aliomōdo sicut econtrario fit cōtrariū. vt ex aqua aer. Et orit̄ istū duo modi. qz in primo illud ex quo dicitur aliud fieri non se habet in ratione termini mutationis. s; magis in rōe vie vel medu qz iā mediat inter esse 7 nō esse. S; in scōo illō ex quo dicitur fieri aliqd se habz in ratione terminū quē oportet remoueri vt ad aliū terminū oppositū deiciatur. Ex hac orā sequit̄ alia qd in primo non sit reflexio sic ex puero fit vir s; nō eōtra. S; cū re aliquo fit aliqd tanq̄ ex termino bene fit reflexio qz quilibet termin⁹ potest habere rationē primū 7 vltimū. sicut cum ex aqua fit aer potest fieri econtra. 7 notāter dicebat in p̄cipio huius dīonis proprie 7 p̄se quia interdū dicim⁹ aliqd fieri ex aliquo vbi ex solū denotat ordinēz 7 nō habitu dinez alicu⁹ p̄ncipu materia lis qd mutat̄ de vno in aliud sicut dicim⁹ qd ex mane fit merdies. tale enī nō est proprie fieri qz cū fieri sit quodā mutari oportet sibi aliud subici qd mutat̄ de vno in aliud. Et vt habet̄ textus fieri primomō

dictū i hoc assimilaf̄ fieri in p̄prie dicto qd nō fit reflexio in ipō sicut enim ex viro nō fit puer ita ex merdēe non fit mane. Tunc arguit̄ ad cōclusionē. illud ex quo fit aliqd primo mediū est inter duo extreme. s; inter ens 7 nō ens. nā vt dicit p̄b̄ losophus semp est mediū inter esse 7 nō esse generatio. ita qd fit existens 7 non existens s; positus extremus impossibile est media esse infinita. Simuliter illō ex quo fit aliqd scōomō iterū fit ex illo ita qd ibi ē reflexio. s; si inter ista duo poneretur infinita media nō cōtinget inter ea fieri mutuam reflexionē cū ergo materia dicatur id ex quo fit aliqd 7 nō dicat̄ fieri p̄prie aliqd ex altero nisi illis duob⁹ modis 7 neutro eoz cōtingat ire in infinitū. sequit̄ qd in causis materialib⁹ nō est p̄cedere in infinitum.

Est tamen aduertendū qd

hoc est intelligendū in causis essentialiter subordinatis sic 7 in efficiētib⁹. in materialib⁹ enī reperit̄ ordo essentialis prout vna substantia liter in virtute alteri⁹ vt mixtum virtute elemētū 7 elemētātū virtute materie prime. 7 reperit̄ ordo accidentalis sicut est ordo inter materiam. fortis 7 platonis. Et inter partes cōmuni acceptas per diuisionē 7 de talib⁹ materis accidentalē subordinatis procedūt ratiōes ante oppositū. qz fin potētiam successiois cōtingit ire in infinitū in partib⁹ materialē 7 etiā in generationib⁹ nunq̄ tñ erūt infinite ptes materie nec etiā continuz.

Sed dubitat̄ cum materia

prima sit sempiterna quo illoz modoz quibus dicit̄ ex hoc fieri hoc fit aliqd ex materia prima. Respōdet̄ qd primomō 7 nō scōomō qz ipa materia medeat inter ens simpliciter 7 nō ens simpliciter. tōo ex ipa dicit̄ aliqd fieri tanq̄ ex subiecto qd oportz manere. 7 nō tanq̄ ex cōtrario. v̄l p̄uatiōe qz ista corūpūtur 7 nō manēt in re facta. mō in scōomō illō ex quo fit aliqd corūpūf̄ 7 nō manet qd materie prime nō cōmpetit. cū sit sempiterna. Ad ante oppositū ratiōes patet solutō ex dictis. sequitur text⁹. ap̄lius autem 7 quod est.

Secundus

Querit̄ quinto vtruz infini-
bus 7 forma sit p̄cessus in infinitū. Ar
guitur q̄ sic. generantia sunt infinita cuz
generandos sunt p̄petue. s̄ omne generas
intendit finem. ergo fines sunt infiniti.
Sec̄do infinite sunt sp̄s numerorū cū nul-
merus sit augmentabilis in infinitū 7 cuz
figure multiplicetur s̄m̄ numeros sequit̄
etiā q̄ erūt infinite spec̄s figurarū 7 p̄ cō-
sequēs infinite sunt forme. Tertio aia
rationalis est incorruptibilis s̄ supposita
p̄petuitate mūdi cū p̄bō. imiti boiēs iā
p̄cesserunt 7 etiā sine termino futuri sunt
ergo infinite iā fuerūt aie 7 adhuc infinite
future sunt ergo 7c. Ad op̄positū est p̄bi-
lolo. quo ad vtrāq̄ partem.

Pro responsione e st sciendū
q̄ fines reperunt in duplici d̄sa. Quidāz
enim sunt abinūicē essentialiter subordi-
nati vt virt̄ 7 beatitudo eua. ciatio 7 iā-
nitas. 7 de istis soluz est ad p̄ op̄positum.
Alij sunt abinūicē accidentiter subordi-
nati vt lūis currētis 7 s̄m̄. s̄ iā. bētis 7 ta-
les sunt infiniti in potentia vt arguit p̄bi-
ma ratio ante oppositum.

Tunc sit prima cōclus̄o. in fi-
nibus essentialiter subordinatis nō est p̄-
cedere in infinitū. p̄bat p̄bus quādrupli-
citer. Primo id qd̄ est. cuius causa ali-
qd̄ sit vel est habet rationem finis. s̄ finis
est illud quod non est propter alia. sed
alia p̄pter ip̄s. aut igit̄ est aliqd̄ tale aut
nihil. Si primū sequitur q̄ ip̄m est vlti-
mum in hoc genere causē 7 sic nō p̄cede-
ret in infinitū. Si vero nihil tale inueni-
tur t̄nc nō esset finis 7 sic tollitur h̄c ge-
nus qd̄ dicitur id cuius causa sit vel est
quid. Secūda ratio qui ponit infini-
tam in finibus. remouet causaz finalen-
t̄m cōclusum est. Remota causa finali re-
uetur natura. 7 ratio boni qz est eadē
ratio boni 7 finis. nā bonū est quod on-
appetit. 7 appetit̄ tendit in finem. s̄ bo-
in cōueniens igit̄. Tertia ratio nulli-
conatur operari nisi credat se v̄eturuz
aliquē terminuz. s̄ finis habet rationē
in m̄. ergo ponens infinitū in finibus q-
cludit oēs conatū ad operāduz. Qua-
ta ratio ponēs infinitū in finibus? excludit

terminuz 7 p̄ cōsequens illō cuius causa
sit aliqd̄. s̄ omne agens per intellectum
agit causa alicuius. ergo inter causas op̄e-
ratiuas nō erūt intellectus p̄cticus. h̄c aut
sunt in cōuenientia. ergo nō est ponendū
infinituz in causis finalibus.

Sed pro secūda pte quesit̄
est sciendū. q̄ s̄m̄ processuz in d̄m̄. ac
cipitur p̄cessus in infinitū. qz partes
diffinitiois sunt forme propter hoc p̄bi-
lolo. ostēdit q̄ vnus rei in possibile est
ininitas esse formas ostēdendo q̄ in par-
tibus diffinitiois alicuius rei nō est proces-
sus in infinitū nec in sursum ascendendo.
nec in deorsuz descendēdo. q̄ intelligēdiū
est de formis essentialiter subordinatis.
Nec t̄nc est intelligēdiū q̄ in vno indiui-
duo sint plures forme s̄m̄ rem. S̄ bene
sunt plures s̄m̄ rationē a quibus sumitur
diuersē partes diffinitiois 7 diuersa p̄bi-
cata essentialia abinūicē subordinata. ve-
rū est tamē q̄ in rebus necesse est tot gra-
suz formas p̄ueniri quot inueniunt ge-
nera ordinata 7 differente. Est enim in re-
bus inuenire aliq̄ formā que est substan-
tia 7 nō forma corporalis 7 aliq̄ corpo-
ralem q̄ nō est forma aia 7 sic d̄ alijs. s̄
in eodē iste forme sunt eadem s̄m̄ rem.

Tunc sit secūda cōclus̄o. in-
formis essentialiter subordinatis non est
p̄cedere in infinitū. p̄bat p̄bus quadru-
pliciter. Primo probat status in sursum
ascendēdo qz forma prior est magis ens
.i. coior. et cause sc̄dē q̄ posterior. ergo
si non est prior neq̄ posterior qz remoto
coior remouet m̄. cōc. s̄ si procedēt
in infinitū informis sursum ascendēdo nō
daretur prima forma 7 per cōsequēs tol-
leretur ois alia forma. Alia ratio. s̄ secū-
da probat status in deorsuz descendē-
do. nā impossibile est aliqd̄ perfecte sc̄ri-
prius q̄ ad indiuisibilia deueniat. i. ad
formā specificaz indiuisibile formaliter.
qz sc̄re aliqd̄ in vli t̄m est ip̄m sc̄re cōsu-
se 7 imperfecte in alio 7 nō in p̄p̄ia lor-
ma. s̄ si procederet in infinitū informis
deorsuz nunq̄ veniret ad indiuidua.
ergo nihil p̄fecte sc̄ret. posset etiā h̄c ra-
tio p̄p̄ie statum in sursum intelligēdo qz

indivisa genera generalissima que habent conceptus simplices non dividibiles in genus et dicitur quod admodum habent species. Tertia ratio unum quodammodo cognoscatur per intellectum sue forme sicut in formis procederet in infinitum. Cuius infinitum ab intellectu nostro comprehendendum potest sequitur quod nulla res alia a nobis cognoscitur. ergo etc. Sed contra obicitur textus quod linea est in infinitum dividibilis. et tamen est a nobis cognoscibilis igitur. Respondetur per hoc quod linea per se a nobis intelligitur accipitur ut finita quod ut dicitur non est intelligere nisi statuerentur termini. sicut per se est dividibilis. unitas lectiones a nobis est incomprehensibilis. Quarta ratio in omni eo quod movetur necesse est intelligere materiam. si materiae pro quanto privationi est subiecta atque tribuitur. ratio infiniti cuius infinito nihil est esse. et ratio est ratio eius. ergo ex opposito esse est ratio finiti. et per consequens ratione que dat esse convenit ratio finiti igitur in formis non est processus in infinitum. Et dicitur patet quod in causis non est procedere in infinitum secundum directum.

Tertia conclusio. in causis non est infinitas secundum speciem sic quod sint infinite species causarum. patet quod tunc putamus unum quodammodo cognoscere cum cognoscimus omnes causas. sicut alicuius rei essent infinite causarum species. cum infinitum non sit a nobis comprehendibile non contingeret omnes causas illius rei cognoscere et per consequens a nobis excluderetur omnimoda rei cognitio.

Sed dubitatur. utrum infinitum sit a nobis cognoscibile. Respondetur quod duplex est infinitum. quodam est infinitum secundum formam quod est secundum se maxime cognoscibile non tamen cognoscatur ab intellectu nostro nisi sub certis limitibus et finibus. Et talis infinitas dicitur immediate actus actualitatis et perfectionis. Et hoc modo per motum ens infinitum reperitur tam superius quam inferius. intelligente vero ut habet in de causis finite sunt superius quod esse ab alio participat. Sed infinite dicitur in ferius quod non sunt recepte neque receptibiles in materia. et ideo licet eorum actualitas simpliciter loquendo sit finita et mensurabilis. non tamen intellectui

nostro distincto. Aliud est infinitum infinitum in te materiali et tale est imperfectum quod est potentiale. Et de isto intelligitur tertius cum dicitur quod nihil est infinito esse. id est ratio. ideo tale infinitum neque secundum se neque a nobis est intelligibile quod nihil est intelligibile nisi secundum quod in actu. Si tamen esset infinitum in actu secundum magnitudinem vel numerum adhuc ab intellectu divino cognoscitur quod est cognitio a rebus non accipitur neque mensuratur et sic patet quod infinitum secundum quod infinitum qualitercumque dicatur sive secundum formam sive secundum materiam ab intellectu nostro non est cognoscibile.

Tunc ad rationes ante oppositum. Ad primam et secundam patuit solutio quod solus arguit de accidentaliter tuberculo natis. Ad tertiam dicitur quod secundum veritatem mundus incepit esse et ita fuit unum primum bonum. et una prima anima humana. Tercium est etiam quod mundus corporis sic desinit esse sic quod non manebit in statu in quo est. Et ita cessabunt generationes et corruptiones quarum anime rationales erunt numero finite. sequitur textus. Contingunt autem audit. ones et cetera.

Queritur sexto. utrum in omnibus scientiis sit querenda certa demonstratio. Arguitur quod sic illud est querendum in qualibet scientia quod pertinet ad rationem scilicet. si accipi per certam demonstrationem prout ad rationem scilicet ergo etc. Secundo si in aliis bus non esset querenda certissima demonstratio maxime esset in naturalibus secundum quod dicitur in textu. si hoc non quod philosophi. habet de monstrare per omnes causas si illa demonstratio que simul procedit per omnes causas est certissima. ergo in naturalibus sunt querenda de certissime demonstrationis. Ad oppositum arguitur per philosophum dicitur in arithmetica vero mathematica non in omnibus est expectanda si in non habentibus materiam.

Pro responsione est primo sciendum. quod postquam philosophus ostendit qualiter homo se habeat ad cognitionem veritatis et ad quam scientiam pertineat maxime cognitio veritatis. consequenter ostendit modum considerande veritatis. primo ostendendum quod impedimenta que perveniunt in tali cog-

Secundus

nitione. 7 scdo ponēdo remedia contra illa impedimenta.

Vbi secundo est scienduz q̄ in genere possunt colligi tria impedimēta in cognitione veritatis. Primuz est mala consuetudo, sicut libenter audire di falsa vel cōsiderādi. nā vt habet in de memoria 7 reminiscētia. Cōsuetudo est altera natura ideo homo fert in id qd̄ consuevit tanq̄ in aliquid sibi. naturale ideo ea que cōsuecta sunt libentius audiunt 7 facilius retinent. quare dicit p̄bus q̄ illd̄ qd̄ cōsuectū est semper nobis nocuus est. quod probat a signo delegib⁹ humanitatis inuentis ad cōuersationē civilem in quibus audientib⁹ propter cōsuetudinē eoz in modo viuendi 7 conuersandi. q̄ daz plus valent fabulariter 7 p̄suler die ta dato q̄ sint falsa quibusdā veris excerta ratione demonstratis. aliud impedimētum prouenit ex parte nature indiuiduz. vnde habentes forte ymaginationē solū querere volunt fortē scientiā circa mathematica. Alij vero habentes intellectuz multū cōphensuz ad sensuz nihil credere volunt nisi sensibiliter 7 exemplariter eis ostendatur. Alij vero volūt semp̄ aliquā auctoritatē adduci in testem quos comparat aristot. uis qui rem magis emūt ex affectu vendentis q̄ in valore rei. Isti enim attendūt magis quis dicit q̄ quid dicitur. istud etiā potest cōpetere talibus p̄pter intellect⁹ debilitatē. propter quaz nō possunt percipere euidentiā demonstrationū ideo querunt oppinionē alicuius auctentici. vt ei credere possint. Alij vero habentes intellectū minime impeditum ex parte corporis volūt habere in omnibus. arithologia mathema. i. certissimā declarationem. Alij sunt q̄ veritates altissimas propter debilitatē intellect⁹ cōprehendere nō possunt. aut etiāz propter micrologiā. i. minorū signationē quales cōsuecti sunt minima cōsiderare. i. ad cōsideratiōz arduoz eleuari nō possunt. Et multa istoz impedimētōz reducta possunt originaliter. ad primuz impedimētum. scilicet ad prauaz cōsuetudinē. nā eadem operatio praua cōsuetudo q̄ nature ma

licia. Tertius impedimētū 7 bñ magnum ex quo possunt oriri multa p̄dicto rñ est ignorātia loyce cui⁹ est docere modum sciendi 7 cōsiderādi veritates in oī materia. ac etiā modū docendi quemlibet discipulū. qui modus cōsiderādi diuersus est fm diuersitatem materie. etiāz modus docendi fm diuersas aptitudines discipuloz diuersus esse debet.

Tertio est scienduz q̄ contra omnia quatuor impedimēta p̄bus ponit duo remedia. docendo modū cōsiderādi re veritatis in omni materia. Primuz est q̄ oportet primo erudiri. quomō singula sunt reperienda. qz absurdum est si mul querere scientiā 7 modū sciendi. Sz pri⁹ oportz q̄rere modū sciendi. scilicet loycas q̄ querē cognitionē veritatis in aliq̄ materia. Alio etiā genere argumentationis vbi materia est eadē docendo est ceteri. et in genio eleuat⁹. Aliud documētum est q̄ arithologia mathema. nō est in oībus expectāda. fm rebus nō habentib⁹ materiam propter qd̄ dicit p̄bus q̄ talis certitudo nō est modus naturalis hoc est dicere q̄ res naturales non sunt scibiles per declarationē certissimā s̄ per experientia 7 ita per inductionē 7 exemplū cō q̄ res naturales habēt materiā priuatiuā admixtā 7 cōsequēter mutationi subiectas. 7 si queraf quare dicit philosoph⁹ enim natura foras materiaz habet ille posuit foras. Dicēduz q̄ substantia spūs lis licet materiā nō habeat quā fm esse p̄ficiat tanq̄ forma. tñ fm p̄hos oīs intelligentia materiā habet quā mouendo p̄ficiat. Antiqui etiā p̄bi intelligentis materiam posuerūt quoz opinione nō duz reprobauit p̄bīs. Itē etiāz mathe. 7 si fm esse materialia sint tñ in sui ratiōe substantiam nō cōcipiūt. Itē quāuis celsū habeat materiā qz tñ nō est admixta rōi priuatiōi ad formā nec subiacet mutationi ad formā ideo talis materia nō impedit quā de accidentibus 7 proprietatibus cessat possit haberi scientiā per p̄fectā declarationem. 7 sic p̄pter istas causas ponit aristotil. foras in illa locutione.

Tunc sit hec conclusio. non

Secundus

oportet in omni materia querere certissimam declarationem. patet quod in omnibus certitudo querenda est secundum exigentiam et propter modum rei cognoscibilis. quod si non esset recipiendi secundum materiam subiectam. primo et ibi. s. in aliquibus res cognoscibilis propter suam mutabilitatem non potest cognosci per certissimam declarationem. ergo non semper in omnibus est querenda certissima demonstratio. Ex predictis in hoc libro patet quod cognitio veritatis partim est homini facilis et partim difficilis. patet etiam unde principaliter nobis pueniat difficultas. Ultra patet qualiter unum homo uiuetur ab alio in cognitione veritatis. patet quod hec scia maxime dicenda est scia veritatis. patet etiam quod in causis non est processus in infinitum neque indirectum neque secundum speciem. patet etiam qualis debet esse modus considerande veritatis.

Tunc ad rationes ante oppositum. Ad primam dicitur quod licet ad completam rationem scie sit. quod habeat per demonstrationem tamen quandoque multa traduntur in aliqua scientia que solum hunc cognoscit per experientiam. per inductionem. per exemplum vel per consuetudinem ideo non oportet in qualibet scia quantum ad omnia querere certam demonstrationem. Ad secundam dicitur quod cause naturales non semper producant suos effectos de necessitate sicut ut in pluribus. ideo quamuis demonstratio physica procedat per omnes causas. non propter hoc oportet quod sit certior quam mathe. que procedit per unam tantum. et hec de questione et per consequens de toto. secundo libro methaphisice.

Explicit secundus liber methaphisice.

circa tertium librum

metha. querit primo. utrum inquerenti scientiam veritatis.

Sit necesse primum dubitare. Arguitur quod non quod per

prima principia naturaliter homini nota potest homo statim cognoscere principia et propeinqua. et per ea deuenire ad conclusionem ergo scia veritatis acquiri potest sine dubitatione. Secundo de mathe. acquiri

tur scientia certa circa quam tamen non cadunt dubitationes igitur Tertio per dubitationem ligat mens dubitantis. ergo dubitatio impedit processum mentis ad veritatis scientiam acquirendam. ergo non expedit dubitari. Ad oppositum est probum in littera

Pro responsione est primo sciendum. quod postquam probum ostendit modum considerande veritatis in omni materia et hoc in secundo libro. consequenter in hoc tertio incipit procedere ad inquisitionem veritatis entium circa que versatur hec scientia. Et primo disputatione in hoc tertio ostendens dubitabilia circa entium veritatem circa que antiqui philosophi aliter dixerunt quam rei veritas habeat. et cum istis aliqua tractat que antiquissimo preter miserunt determinare. Consequenter in quarto libro incipit determinare veritatem circa huiusmodi dubitabilia. Nam in hoc tertio solummodo disputatione ad utramque partem ea per tractat.

Secundo sciendum est. quod questio primum potest duo querere. Primum utrum oportet inquerere sciam veritatis apud se primo dubitare. aliud utrum oportet ipsorum aliorum dubitationes cognoscere et considerare et cetera.

Sit ergo prima conclusio. in quirenti sciam veritatis necesse est apud se primo dubitare. patet nam in tali acquisitione ex aliquibus sibi notis peccat ad ignota ergo dubitat. quod dubitas dicitur quod de re aliquid scit. et aliquid ignorat qui enim nihil nouit de re nihil dubitat. qui etiam omnia nouit nihil dubitat.

Secunda conclusio. oportu num est inquerente sciam veritatis aliorum dubitationes circa veritatem considerare patet primo quod posterior veritatis inuestigatio nihil aliud est quam solutio prius dubitatorum. Secundo sicut in ligamine coram oculo non est ignotus soluere vinculum. sicut neque ligatus pedes potest ad anteriora procedere ita contingit in ligamine spirituali. sicut dubitatio est spirituale ligamen mentis quod oportet solui antequam mens recte progredi possit ad veritatis sciam. sicut ad hoc quod mens

soluat ab illo vinculo. oportet ipm pri-
mo cognoscere. Tertio procedes ad
scientia veritatis et non dubitas similis est
procedenti ad aliquem terminum. qui termi-
num et via ignorat quare in duplicem inedit
errorem. scilicet. vic et terminum et cum ad terminum
pervenit nescit inuenisse. ideo contingit et ip-
sum infinite progredi ergo etc. Quar-
to nullus potest bene iudicare inter duo
nisi rationes utriusque partis audiat. ergo ne-
que mens potest bene iudicare quae pars contra-
dictionis sit vera nisi videat rationes utri-
usque partis que est consuetudo aristotilis
in materia dubitabili premittere dubitaci-
ones aliorum et rationes propter quas du-
bitabatur antequam veritatem determinet. Sed
tertium aliter facit in hac scientia vbi quae in scien-
tijs particularibus. nam in particularibus scientijs
si quae latam dubitationes mouet et per tractat
sunt quae materiae dubitabiles sunt ordinibus
occurrunt. sicut in hac parte scia dubi-
tationes simul colligit quare determinatio
ad hanc sciam pertinet arguendo ad utram-
que partem cuiuslibet et postea in libris sequen-
tibus illas dubitationes terminat et huius
diuersitatis rationem assignat. sanctus thomas
et albertus. quare haec scia vbi est confi-
derans de vbi veritate primorum et cau-
sae vbi unum entium. et similiter passionum et pro-
prietatum omnium entium. vbi plura contingunt
dubia quae circa veritatem alicuius entis parti-
cularis quae habet considerare scientia parti-
cularis. ideo sicut hic agit de vbi verita-
te omnium entium conueniens fuit ut in vbi et pro-
ter omnia dubitabilia premitterent. Aliam
causam dant aliqui quare sapientes quae omnia nouit
et cuius est alios docere non debet celare
vel occultare suum intentum. ideo omnia quae pos-
sunt esse dubitabilia circa veritatem tangere
sunt et aperire. et si quaeratur que sunt illa dubita-
bilia que hic mouentur. respondetur quod aris-
totiles primo mouet dubitationes concer-
nentes modum considerandi huius scientie. et deinde
de concernentes considerata in ea. Et circa
modum considerandi. Primo ponit dubita-
tiones circa causas et principia. secundo cir-
ca subiecta. et tertio circa proprietates ipsorum.
Est igitur dubitatio prima. vtrum vni-
us scientie vel plurium sit considerare omnes causas et

per eas demonstrare. Secunda vtrum huius
scientie sit solum speculatiua principia entium aut etiam
etiam cum hoc principia prima demonstratio
num. Tertia dubitatio concernit modum consi-
derandi circa subiecta. scilicet. vtrum vnus scientie
sit considerare omnes causas vel sint plures
de diuersis. Quarta si sint diuersae scien-
tie de diuersis subiectis. vtrum omnes ille
sint generis ut sunt geometria et arithmetica
et tria que sunt in genere mathematici aut
diuersorum generum ut mathematica sapientia
et naturalis. Quinta vtrum sint solum
substantie sensibiles ut antiqui naturales
posuerunt aut praeter eas sint alie ut posu-
it philosophus. Sexta si sint aliquid substantie sepa-
rate. vtrum sint vni-
us generis tantum vel plurium
sicut philosophus posuit duplicem abstractionem scilicet
vbi a particulari et forme mathematicae a
materia et sicut in hoc duo genera separatorum
posuit. scilicet. genera et species sensibilibus et for-
mas mathematicas. Septima est quae
concernit modum considerandi proprietates
subiectorum. vtrum vni-
us scientie sit solum specifica-
ri substantias aut etiam earum accidentia per se.
Octava vtrum haec scientia consideret ea que
videntur accidentia per se entium in quantum
entis ut sunt idem diuersis simile contra-
rium primo et posterius et similia. Nona
vtrum haec scientia circa vnum quodque istorum
accidentium transcendentium solum consideret
quod sit vel etiam consideret alia accidentia quae
cuiuslibet istorum per se accidere possunt. Et
iste sunt dubitationes occurrentes circa
modum considerandi huius scientie. consequenter
ponit aristoteles dubitationes concernentes
considerata in hac scientia. et quare haec scientia
vera sit circa principia et causas vbi en-
tium. ideo iste dubitationes sunt de parti-
cularibus causis entium. et quare philosophus ponebat du-
plicia principia entium. scilicet. vbi hoc est gene-
ra et species rerum et mathematica. ideo aris-
totel. primo mouet dubitationes de ip-
sibus vbi et secundo de mathematicis.

Est igitur prima questio. vtrum

genera et species sint principia et elementa re-
rum et singularium sensibilibus aut illa in quae
diuiditur existentium singularem. id est. singulare sen-
sibile. Responso questionis est quare elemen-
tum dicitur ex quo res primo componitur et in

quod vltimū resoluit. Sed duplex est modus
compositiois et resolutionis reij. scilicet secundum rationem
vel species ex genere et dicitur componit et in
eadem resoluit. Alius est secundum rem vel mixtus
ex quattuor elementis componitur. Quere
ergo questio vtrum vlla sint elementa rerum
sicut posuit plato vel illa in qua resoluitur sin
gulare vel posuerunt naturales. Secun
da questio si vlla sint principia et elementa re
rum. vtrum vlla sint magis principia quam mi
nus vlla aut equaliter oia. Tertia vtrum
propter materiam ponenda sit alia causa reij:
vel posuerunt plato et aristoteli. aut non vel po
suerunt antiqui materiam esse totam reij sub
stantiam. Quarta supposito quod propter ma
teriam sit alia causa reij vel forma. vtrum
illa sit a materia separabilis vel posuit plato
vel non vel posuit aristoteli. et pictagoras.

Quinta si illud quod est forma sit separabi
le a materia. vtrum sit vnum tantum vel posuit a
ristoteli et pictagoras intellectum separatum vel impari
to separare quodlibet a quolibet aut sine
plura numero vel plato ponebat pluralitatem
idearum. et propter eas posuit formas mathe
maticas separatas. Sexta vtrum sit aliquid pri
us in solo. id est propter simul totum quod est singu
lare aut non. Secundo querendum est quare plato
posuit hominem qui de singularibus predica
tur esse propter singularia et sic de alijs vlti
mus. consequenter mouit aristoteli. alias di
bitationes circa modum existendi rerum.

Prima est vtrum principia entium sint de
terminata secundum numerum. aut secundum speciem.

Secunda dubitatio est vtrum corruptibile
et incorruptibile eadem sint principia
aut diuersa. et si diuersa. vtrum oia principia
sint corruptibilia vel incorruptibilia vel
principia corruptibilium corruptibilia et in
corruptibilium incorruptibilia. Tertia
vtrum ens et vnum sint oim entium tota sub
stantia vel in rebus ponatur aliquid subiectum
entium et vnum tantum. Quarta vtrum princi
pia rerum sint vlla aut singularia. Quinta
vtrum principia rerum sint entia in actu vel in
potentia. Ultimo ponit questiones cir
ca mathematica. Prima est vtrum nume
ri longitudo figure et puncta sint que
dam substantie et principia rerum vel pictagoras
et posuerunt vel non vel dixerunt natura

les. Secunda questio est. si sint substantie
et principia rerum. vtrum sint a seisibilibus sepa
rate vel plato posuit vel non vel posuerunt
naturales. istas autem questiones enume
ratas disputatione persequitur in hoc tertio
aristoteli. ponendo rationes cuiuslibet ad vtram
que partem. Deinde in sequentibus libris
secundum emergentiam materiam que ibi tractant ip
sas soluit. Et causarum qualiter eas primo
disputatione persequitur antequam veritatem
determinet assignet rationem aristoteli. quare de
omnibus hijs non solum est difficile veritatem
ipsam inquirere. sed nec dubitare rationes be
ne facile est.

**Tunc ad rationes. due pri
me probat quod non est necesse simpliciter in
quirenti veritatem dubitationes aliorum
inquirere siue cognoscere quantum sit op
portunum. Ad tertiam dicit quod licet du
bitans sit ligatus tamen quare dubitat curia est
in via ad solutionem sui vincit quare cognos
cit aliquid de re et aliquid ignorat. sed simpli
citer ignorans magis ligatus est et distans
a cognitione veritatis quam dubitans
sequitur textus. Primum ergo de.**

**Queritur secundo. vtrum vni
us scientie aut diuersarum sit omnia genera
causarum speculati. Arguit quod diuersarum ra
tionibus certum. quare quecumque diuersa ad vnam
sciam pertinent si non sunt vnius rationis.
oportet illa esse contraria quam vnum contrari
um bene est principium cognoscendi reli
quum. Sed quattuor genera causarum nec sunt
vnius rationis. nec contraria igitur. Secun
do quando cumque aliqua diuersa in vna
scientia considerantur quecumque vna scientia
vnum illorum considerat habet oia considerare
sed mathematica speculatur formam et non ali
as causas. ergo speculatio oim. causarum
scientie vni competere non potest. Tercio
si sic vel talis scia esset naturalis sed hoc non
quare de principio secundum speciem. id est de forma non
habet intendere philosophice vel dicitur in fine pri
mi philosophice. aut mathematica. vel diuina sed
hoc non quare vtraque abstracta a motu. cuius
materia est subiectum et efficiens est princi
pum et finis terminum. ergo videtur quod solam
formam considerent. Ad oppositum. quare cuius**

est perfecte scire aliquid eius est oēs causas per se cognoscere. s. multa sunt entia que habent quattuor causas per se. ergo eorum non potest haberi perfecta scia sine cognitione quattuor causarum.

Pro responsione ad questionem

ponit hęc conclusio. ad eandem scientiam bene spectat oīa genera causarum speculari non tamen ad qualibet scientiam. Patet primum de philosophia que subiectum eius formaliter acceptum ex quattuor causis dependet. ergo oēs causas ut causantes sunt per motum habet considerare. patet etiam de metaphisica. Nam metaphisicus de oīe ente sicut in quantum considerat. s. ens in quantum ens est forma vel habens formam. ergo metaphisicus habet formam considerare. et cum in habente formam materia sit propter formam et formam propter finem et efficiens sit causa efficiendi forme. sequitur quod habens formam sub ratione entis consideratum dependet a quattuor causis. ergo metaphisicus oēs causas ut sunt cause efficiendi considerat. Item eadem est ratio boni et finis. s. metaphisicus est considerare primum bonum. ergo eius est considerare ultimum finem. s. oēs cause habent attributionem ad finem. ergo metaphisicus habet oēs causas cognoscere.

Item cause prius sunt principium efficiendi quam mouendi. ergo metaphisicus considerans ens in quantum ens considerat oēs causas et adhuc magis quam philosophus qui tamen eas considerat sub ratione nature et principij mouendi. Secunda pars conclusionis patet quia aliqua scia de aliquo ente particulari sub aliqua ratione speciali accepto sicut quam non dependet a quilibet causa considerat quemadmodum mathematicus considerat quantitatem sicut quod est simplex forma abstractendo eam a motu et materia sensibili. ergo talis scientia non habet oēs causas considerare. sed illam solum aqua dependet a ratione formalis sui subiecti.

Sed dubiatur si diuerse scientie

diueras causas considerent que illarum magis habet nomen sapientie. Et arguit primo textus. quod considerans finem quod finis est principalior quod oēs alie sunt propter finem et non e contra. ergo etc. Secundo argu-

it de forma. quia sapientia dicitur certissima scientia. s. certus est cognoscere de aliquo quod est. qua cognoscere quantum vel quale est vel quomodo agere potest. s. forma est ratio cuius quod quid erat esse. ergo scia habita per se est certissima. ergo est nomine sapientie digna. Tertio arguit de efficienti quod illum consuevit dicere sapientem qui vniuersumque motum generationis aut motus sicut assignare principium. vnde motus quod est alterum et oppositum unum ut dicitur textus. ergo scia habita de re per efficientem debet dici sapientia. De materia non arguit philosophus quod finis non est. cognoscibilis neque principium cognoscendi. hanc questionem non terminat textus. s. ex hijs rationibus concludit quod cognitio cuiuslibet cause per se requirit ad perfectam cognitionem effectus habentis oēs causas per se. Ex quo concludit quod metaphisicus qui dicitur sapiens et cognitionem habet perfectissimam. habet oēs causas considerare. Dicitur tamen ad dubium quod licet sicut in quadruplicem considerationem causarum quolibet possit dici prima tamen simpliciter loquendo finis est prima causarum. et si perfecte cognoscatur finis alicuius rei necesse est oēs alias causas cognoscere. Aliud dubium videtur in immobilibus ut in mathematicis sit finis seu bonum. videtur quod sic quod ens et bonum conuertuntur sicut immobilia sunt entia igitur. Item oīs scientia est de bono et de difficili secundo ethico igitur etc. Item in quantitate est per se motus. ergo mathematicus considerans quantitatem. considerat finem motus et cetera.

Pro dubio sciendum est. quod

triplicia sunt entia immobilia. quedam sunt que licet non moueantur. tamen mouentur ut intelligentia mouens celum et anima que mouet corpus. et in istis est motus effectiue. id est scia considerans ista ut mouente habet considerare finem ut est terminus motus. Alia sunt immobilia que nec mouentur nec proprie mouentur tamen competunt operari sicut intellectus et voluntatem ut sunt intelligentie non mouentes orbem et scia ista considerans non habet considerare efficiens vel finem sub ratione principij vel finis motus. bene tamen

considerat efficiens et finem sub ratione principij et termini operationis. tunc sine motu quod non est de ratione operationis esse cum motu si idem de ratione operationis impetate. nam hec entia in quantum habent intellectus et voluntatem que sunt in eis principia operationis sine motu oportet quod in eis ponat finis. et bonum quod est obiectum voluntatis. Alia sunt immobilia que nec mouentur nec mouentur nec habent intellectum et voluntatem. ideo eis non competit aliqua operatio nec cum motu nec sine motu. ideo in eis non considerat bonum sub ratione boni nec finis sub ratione finis. considerat tamen in eis aliquid quod est bonum. scilicet esse. et quod quid est. licet non sub ratione boni vel finis et hoc non est de mathematicis. Ideo respondet ad dubium quod in mathematicis non est bonum neque finis quantum ad considerationem mathematicam. patet quod mathematicus abstrahit a motu cuius materia est subiectum. et efficiens principium et finis terminus. ergo mathematicus non habet considerare efficientem materiam et finem. Et due prime rationes dubij solui probant quod entia mathematica sunt bona. scilicet non probant quod in ea considerentur sub ratione boni vel finis. Tertia arguit de quantitate philosophice considerata.

Ad rationes ante oppositum

Ad primam dicitur quod omnes cause possunt ad hanc scientiam pertinere licet non sint contrarie. quod reducuntur ad aliquid unum. scilicet ad esse celestium de philosophica ad ens mobile. Ad secundam nature maior quod omnes cause in una scientia considerantur hoc est per attributionem ad unum subiectum. et in alia scientia tantum unum potest considerari per attributionem ad subiectum eius. ideo non oportet quod in alia considerentur omnes. Ad tertiam dicitur quod in primo philosophorum aristotelis loquitur contra positionem qui ponebat formas separatas a materia quas sunt quod huiusmodi non haberet philosophicus considerare. Secundo dicitur de metaphysica quod non sic abstrahit a materia quod solum consideret ea que non sunt. nec possunt esse in materia. scilicet quod considerat ea de quorum ratione non est motus neque materia. sequitur textus. At vero et de principijs

Queritur tertio. utrum unum

scientie vel diuersarum sit considerare principia demonstrationum prima simpliciter. et si unus utrum eundem sit considerare substantiam. Arguitur quo ad primam partem quesiti quod non sit unum. quod omnes scientie terminantur illis principijs primis. ergo quia ratio una considerabit ipsa eadem ratione considerabit et altera. Secundo si aliqua scientia consideraret ipsa vel consideret diffinitio vel demonstratione. non primum quod complexa sunt. nec fecerunt quod ad demonstrationem tria requirunt. scilicet passio subiecti. et dignitas. modo primum principijs non sunt alia priora que possunt demonstrari. Tertio arguitur quo ad secundam partem quesiti quod substantia et huiusmodi dignitates non videntur in aliquo conuenire. ergo neque cadere sub una scientia. Oppositum arguitur quo ad primam partem quod si in diuersis scientijs considerarentur sequeretur quod idem esset in diuersis scientijs demonstratum et sic esset superfluitas. Et quo ad secundam partem quod huiusmodi dignitates sunt maxime viles et parum similes substantia est primum. et principia paleensis. ergo si diuersarum scientiarum esset speculati huiusmodi dignitates et substantia sequeretur. quod essent due prime philosophice.

Pro responsione ad quesitum

tum sciendum est quod sunt duplicem operationem intellectus. duplicia sunt principia demonstrationis. quedam incompleta ut ens quod clauditur in intellectu cuiuslibet simplicis intelligibilis. et alij transcendentis terminantur. Alia sunt principia complexa que ex complexione huiusmodi terminorum transcendentium componuntur et hec vocantur prime dignitates vel omnes animi conceptiones de quibus est ad propositum. Alia sunt principia complexa que ex terminis specialibus constituntur et sunt positiones que in demonstrationibus factis in specialibus scientijs tanquam premissis specialiter ponuntur.

Tunc sit prima conclusio. alii

cuius scie est prima principia demonstrationis considerare. patet. quod circa tales conuenit errare et recte se habere. ergo alicuius scientie est huiusmodi principia considerare

Tertius

Itē per illa principia cetera capiunt cui/ dentiam. ergo nō debent esse ignota qua re alicuius scientie est ipa considerare.

Secunda conclusio. nullius

particularis scientie est huiusmodi prin/ cipia considerare neq; negantibus ea cō/ tradicere quia constituuntur exterminis transcendentibus subiectum scientie par ticularis cuiuslibet igitur.

Tertia conclusio. vniuers sciē

tie scilicet vniuersalissime 7 nō diuersarū est illa principia considerare patet satis ex conclusionibus precedentibus 7 per rati onem post oppositū. Ex quo inferri pos/ test q; illa principia sunt de cōsideratione huius scientie quia est maxime vniuersa lis 7 de transcendentibus vt sonat nomē eius. Ultima cōclusio eiusdem scientie ē considerare substantiam 7 prima princi/ pia demonstrationū patet quia cuz sub stantia sit primum 7 principale ens sequit̃ q; vltissime scientie 7 prime est substantiā cōsiderare. 7 cuz vltissima scientia cōside raret prima principia vt dictus est cōclufi o sequitur vera. Et istas questiones reso lutione soluit aristotē. quarto huius.

Sed dubitatur. vtrum eius/

dem scientie sit considerare omnes sub/ stantias quod sic arguit philosophus q̃a omēs substantie cōueniunt in cōmuni ra tione substantie. ergo cui? ē cōsiderare sub stantiā in cōi cui? ē cōsiderare oēs substā/ tias. Itē nō videt̃ ratio q; metha. seu pri ma phia plus cōsideret vnā substantiā q̃ aliam igitur. Contrariū arguit quia ei usdem scientie est considerare subiectum 7 per se accidentia eius. ergo si vna scien/ tia consideret omnes substantias etiā cō siderabit omnia per se accidentia istarū et sic nō erit nisi vna scientia. respondetur q; vniuers scientie scilicet illius que conside rat substantias in cōmuni 7 cōmunes p prierates eius est cōsiderare omnes sub stantias inquantū conueniunt in cōmuni ratione substantie 7 per se accidentia om niuz substantiarū que cōueniunt ipis in/ quantū substantie sunt vt bene probaue runt prime rationes dubij. Sed diuersa rum scientiarū est diuersas substantias cō

siderare sub ppris rationibus ipar. 7 ac cidentia propria cuiuslibet. vtrumq; cōsideratio substantiarū separatāz q̃ in/ mobiles sunt etiā sub proprijs ratio/ bus earū ad hanc scientiā pertinent 7 non ad phisicaz nisi pro quāto accipiuntur vt caule effectiue motus neq; ad mathema ticam quia nō sunt quāte. In ipis etiā nō reperitur numerus qui est de genere quantitatis. vnde si nō essent alie substā/ tie quam mobiles 7 sensibiles naturalis philosophia esset prima scientia nec opoz teret ponere aliam priorē ipa.

Aliud dubium. vtrum eiusdē

scientie sit cōsiderare substantias 7 accidē/ tia q; nō arguit textus. quia substantie 7 accidentis nō est idēz modus sciendi q̃a accidentiū est demonstratiua scientia sub/ stantie vero nō. s; diffinitio. ergo non ca/ dit sub vna scientia. Contrariū argu/ it quia accidens scitur per hoc q; de sub/ iecto demonstratur ergo impossibile ē accidens in aliqua scientia speculari quē in eadez speculari subiectū ei? Hanc que stionem soluit philosophus in quarto dñs q; ad eandem scientiaz pertinet conside/ rare ens inquantū ens. 7 accidentia en tis inquantū ens. Et similiter de substan tia in cōmuni 7 accidentibus ei? in quā/ tum huiusmodi 7 scientie ad quā perti/ net considerare aliquaz substantiā deter minatam sub determinata ratione est cō siderare proprietates que tali substantie insunt inquantū huiusmodi nō est tñ idē mod? sciendi substantie 7 accidentis qz sub/ stantia diffinit 7 nō demonstrat. s; de ipa al/ liquid demonstrat. accidens vero de sub stantia demonstratur 7 nō diffinitur nisi per additamentum.

Ad ante oppositū rationes

Ad primā dicitur q; licet scientie particu lares vtantur primis principijs tam q; q̃ busdam suppoibus nō tñ sequitur q; de ipis determinant sicut nō determinant d ente in cōmuni. s; de aliquo determinato genere entis. Ad scdam dñ q; nec diffi/ sunt: one nec demonstratiōne tractatur de illis p̃cipijs apriori. s; soluz a posteriori 7 elentice vt patebit in quarto huius.

In hoc etiam ponuntur significationes terminorum communium quae pertinent ad hanc scientiam quibus significationibus cognitum facilius cognoscitur dignitates constitute et illis terminis quia principia cognoscuntur inquantum terminos cognoscimus etiam per illas significationes terminorum aperitur via facilius solvendi dubitationes moras et disputatas in hoc tertio. Ad tertiam dicitur quod quia principia prima completa reducuntur ad incompleta ex quibus constituntur et per que habent intelligi quae compositio cognoscitur per extrema. ideo huiusmodi principia ratione suorum terminorum et substantia convenientiam habent in ente in communia accepto. sequitur textus. **Amplius autem utrum.**

Queritur quarto. utrum praeter substantias sensibiles et singulares sine ponende alie substantie ab eis separate sunt esse universales et predicabiles de singularibus ut platonem posuerunt. Arguitur quod sic intellectus noster intelligit uniuersale praeter singularia. ergo uniuersale est praeter singularia. alias intellectus esset falsus. Secundo omne quod est rationale per participationem reducitur ad aliquid quod est tale per essentiam. ergo praeter particulares homines qui sunt homines per participationem necesse est ponere per essentiam et per se hominem. ut plato posuit

Tertio generationes singularium sunt perpetuae et continue. ergo praeter ipsa singularia que sunt corruptibilia et mutabilia oportet ponere aliquid perpetuum et uniuersaliter se habens. ad oppositum est aristoteles in textu.

Pro responsione sciendum est primo. quod sunt duplicem abstractionem nostri intellectus scilicet uniuersalis a singulari. ut hominis ab hoc homine. et forme mathematicae a materia sensibili. ut circuli ab ere. posuit plato duplex genus entium sunt esse separata a sensibilibus singularibus. propter primam abstractionem posuit genera et species per se existe

re extra singularia que appellantur ydeae propter secundam posuit entia mathematica de quibus sunt scientie mathematicae sunt esse separata a sensibilibus singularibus et esse media inter ydeas praedictas et singularia.

Secundo sciendum est quod antiqui naturales solas substantias sensibiles posuerunt. et aliqui eorum dixerunt eas esse in continuo motu et consequenter nihil posse sciri certitudinaliter de rebus. Sed contra hoc plato volens saluare certitudinem scientie praeter substantias sensibiles que sunt generabiles et corruptibiles posuit ydeas separatas ab ipsis que sunt genera et species eorum de quibus est scientia et cum hoc posuit eas ad salvandum perpetuitatem et continuitatem generationis substantiarum sensibilibus.

Contra quas sit prima conclusio. non sunt ponende species sensibilibus singularium ab eis separate sunt esse subsistentes extra omnem intellectum. probatur quod est separatum ab aliquo sunt esse non est eius esse cuius forma sit principium intrinsecus rei. ergo species sic separate non possunt dici forme seu quidditates ipsorum singularium sicut posuit plato. Secundo nihil predicatur predicatione essentiali dicente hoc est hoc nisi sit in illo. ergo huiusmodi ydeae dici non possunt uniuersales et predicabiles de singularibus ut posuit plato. Tertio corruptibile et incorruptibile plus quam genere dicitur. ergo iste ydeae que secundum se sunt incorruptibiles ut dicebat plato et singularia que secundum suam naturam sunt corruptibilia ut etiam dicebat ipse plato non possunt dici eiusdem speciei. cuius oppositum dicebat. Deinde probatur quod non sunt ponende ad saluandum generationem quia generatio non est sine corruptione et cum corruptio et generatio contrariae et contrariorum sunt contrariae cause. cum ille ydeae uniuersaliter semper se habeat non sufficiunt semper ad generationem et corruptionem.

Tertius

Item si esset principium effectuum
7 totale generatiois cū vniformiter semper se habeant sequeretur qd semper 7 cōtinue generationes fierent 7 sic cōtinue generarentur. 7 sic semper 7 cōtinue generaretur homo. vt amplius deducit philosophus secūdo de generatione. Item huiusmodi ydee cū sint separate 7 insensibiles nobis essent ignote ergo plato sic ponēs eas nō saluat scientiaz ymmo destruit. et cū non ponerentur nisi ad salutē duz hec duo scilicet scientiā 7 generationē sequitur qd non sunt ponende.

Secunda conclusio. nō sunt

ponenda mathematica sicut esse a sensibilibus separata. patet quia sicut est quedā mathematica circa lineas 7 magnitudines. sic sunt quedā alie scientie circa alia subiecta vt astrologia circa celū. 7 p speculatiua circa lineam visualem. 7 musica circa numeros sonorosos. ergo si sint linee quedā preter lineas de quibus est geometria. 7 similiter quedā numeri preter numeros de quibus tractat arithmetica pari ratione etiā celū preter hoc celum sensibile. s. hoc ponere est absurdus. quia si esset celum preter hoc celum sensibile vel esset mobile vel nō. non primum quia impossibile est aliquid a materia separatim esse mobile nec secundū quia omne celū naturaliter est mobile. Similiter repugnat dicere qd sit linea visualis vel numerus sonorosus preter lineam visualem vel numerum sonorosum sensibilem ergo 7 cetera.

Tertia conclusio in mente p

mi opificis sunt ponende ydee reruz. patet nam sicut agens naturale agit p formam naturalem que est sibi principium quo agendi per quaz actionē intendit assumilante sibi effectum ita proprius est agenti per intellectum agere ad extra p formas intelligibiles que est sibi ratio intelligendi rem producibiles 7 exemplar operis. Ad cuius similitudines intendit producere effectum. sed hec forma intelligibilis secundū qd est ratio 7 exemplar conueni

enter ydeo dicitur ergo 7 cetera?

Quarta conclusio. preter sub

stantias sensibiles ponende sunt substantie immateriales in sensibiles per se subsistentes sed alterius speciei ab istis sensibilibus 7 nō predicabiles de ipsis. hec conclusio probatur in octauo philosophorum 7 in duodecimo huius 7 pronunc sic. arguitur Omne imperfectum in potentia existens est necessario reducibile ad aliquid perfectum per se existens. Sed omnis substantia materialis potentialis est 7 imperfecta. ergo in vniuersalitate rerum sunt ponende alie que substantie immateriales 7 in sensibiles. 7 sic patet responsio ad quesitum.

Ad rationes ad primam di

citur qd intellectus bene intelligit vniuersale preter singularia. sed nō intelligit vniuersale esse preter singularia. potest enim intellectus noster simpliciter intellectone separatim intelligere que secundū esse sunt cōmuna. ex ignorantia huius plato videtur fuisse deceptus. Ad secundā cōceditur qd omne ens per participationem reducat ad aliquid quod est per essentiam vt ad principium effectuum finale 7 exemplare. Et ad primum quod est ens per essentiam. s. non oportet qd omne quod est tale vel tale. formaliter per participationem alicuius forme. reducatur in formam talem per essentiam ab eo separatim secundum esse. ymmo repugnat qd aliquid sit tale formaliter 7 forma per quam est sit forma per essentiam. 7 per se existens extra ipsum. Ad tertiam dicitur qd motus solis sub obliquo circulo qd est cōtinuus est causa cōtinuitatis 7 inefficiētie generationis reruz. Sed quia diuersitatem habet in suis partibus per accessum 7 recessum a nobis est causa qd generationi succedat corruptio. sequit textus. Et de principiis

Queritur quinto. vtrum ge

nera sint principia 7 elementa reruz aut ea ex quibus in existentibus 7 primis componitur vnum quodlibet.

Arguitur primo rationibus textus quod ea ex quibus res componuntur, quia principium est ab eo cuius est principium, si genus non est aliud ab eo cuius est genus ergo etc. Secundo sic principium vocis littere et syllabe ex quibus componitur et in figuris anguli et linee dicuntur principia et non figure in communi, ergo ea ex quibus res componuntur sunt principia et non ipsa genera. Tertio arguitur auctoritate empedoclis, qui ponit elementa ex quibus res componuntur et non genera esse principia igitur. Quarto principia artificialium sunt materia et forma et non genera ipsorum et ita de alijs igitur. Oppositum arguitur tertius. Primo sic eadem sunt principia essentialia et cognoscendi, si genera sunt principia cognoscendi res componantur indiffinitone rerum igitur. Secundo per hoc accipimus scientiam de qualibet re per hoc quod scimus speciem eius secundum quam res est sicut cognoscimus sortem per hoc quod cognoscimus quod est homo. Et species cognoscimus per principia earum que sunt genera, ergo genera sunt principia rerum. Tertio arguitur per dictum platonicorum ponentium unum et ens esse principia rerum. Et similiter magnum et paruum quibus utuntur tanquam generibus. Si vero dicantur utraque esse principia rerum scilicet genera et illa ex quibus res componuntur. Contra arguitur quia unius rei est unica diffinitio indicans substantiam eius que componitur ex principijs et causis re sed non est eadem diffinitio que datur per genera et per ea ex quibus intrinsicè res componuntur, ergo impossibile est quod utraque sint principia et elementa rerum.

Pro responsione est sciendum quod principia rerum sunt duplicia, quedam sunt extrinseca ut efficiens et finis de quibus hic non est difficultas quia neque genera neque ea ex quibus res componuntur sunt principia extrinseca. Alia sunt intrinsicè ut materia et forma, et ista sunt in duplici differentia, quedam sunt principia se-

cundum rationem que scilicet dicit eandem essentiam cum principijs et etiam ad invicem et solum ratione differunt ad invicem et a principijs hoc modo genus et differentia bene dicitur principia rerum. Alia sunt principia secundum rem quorum scilicet nullum dicit totam essentiam rei, si solum aliquam partem, et realiter inter se sunt distincta a principiato, et hec iterum sunt duplicia, quedam sunt partes essentialis rei que sunt materia et forma, alia sunt partes integrantes que partes materie dicuntur, ut carnes et ossa, et partes organice, ut manus et pes et elementa in constitutione mixta. Sed illa ex quibus in existentibus primis realiter componitur res sunt principia realia ut materia et forma que sunt principia simpliciter corporum, et elementa cum forma mixtorum ideo ex istis consideratur diffinitio physica data per materiam reales et formam realiter distinctam a materia, si diffinitio logica considerat et genere et differentia.

Tunc sit hec conclusio. genera et alia uniuersalia sunt principia singularium secundum rationem. Sed illa ex quibus primis in existentibus componitur res sunt principia singularia secundum rem. Et dicitur in existentibus propter priuationes vel contrarium ex quibus dicimus interdum aliquid fieri sed non manet in re facta. Et dicitur prius propter principia proxima sicut corpus animalis componitur ex carnibus et ossibus tanquam ex principijs materialibus quibus tamen non comparatur ratio elementum quia non sunt prima principia sed adhuc resolubilia sunt in elementa et adhuc elementa in materiam et formam resoluuntur, conclusio satis patet ex prius dictis.

Sed dubitatur utrum magis ultima sint magis principia quam minus uniuersalia puta quam spes specialissime quod non arguitur textus. primo quod non dicantur principia quia si sic, cum ens unum sint maxime communia sequeretur quod essent maxime principia. Et tamen secundum platonem principia rerum sunt genera et

Tertius

Sequitur quod ens et unum maxime essent genera consequens est falsum. nam si ens esset genus. cum genus non predicetur de differentia nec e converso sequitur quod ens non haberet diffinitionem et sic non esset genus vel si haberet differentia eius esset nihil vel non ens quod est impossibile. Secundo si genera dicantur principia quia sunt communia cum omnia que sunt inter generalissima et singularia sunt communia. sequitur quod omnia ista erunt principia et per consequens genera. quia secundum platonem omnia principia sunt genera. Tertio si genera sunt principia essendi quia sunt principia cognoscendi. ut plato dicebat multo magis dicitur essent principia. quia dicitur sunt principia formalia. sed inconvincens erat a. pud platonem dicere dicitur esse principia rerum. quia rerum infinite sunt dicitur. Contra tamen arguitur textus quia necesse est principium et causam esse propter res quas sunt principia et cause et esse a rebus separata. Quod autem est separatum est univiale ut plato dicebat. et magis univiale est magis separatum. ergo prima genera cum sint magis univiale. et magis separata sunt magis principia. respondetur quod univiale non sunt principia rerum nisi secundum rationem. principia vero secundum rem sunt materia et forma. et cum genus sumatur a materia et dicitur et speciem a forma et forma sit magis principium substantie et esse rei quam materia. ideo sequitur quod species est magis principium rei quam genus et quanto genus est generalius tanto minus est principium. licet sit principium plurimum.

Aliud dubium. utrum univiale sint separata secundum rem a suis singularibus quod sic arguitur quod nisi sit de nullo potest haberi scientia. Tunc primo quod singularia sunt infinita. tunc secundo quia sunt corruptibilia. tunc tertio quia sensibilia sunt et non intelligibilia. Secundo materia a se ponitur sempiterna et perpetua. ergo a foris forma erit perpetua. sed forma existens in materia corruptibilis est ergo propter compositionem materia et forma ponenda est forma separata. Contrarius quia univiale

univiale de singularibus predicantur per dicationem dicere hoc est hoc. ergo univiale sunt in singularibus. Respondetur quod univiale non sunt separata secundum esse a singularibus. sed secundum rationem tantum. et hoc satis patuit in precedentibus. Et ad primam rationem dicitur. quod non oportet res habere similem modum in essendo aperte rei et in cognitione nostra. Ad aliam dicitur quod forma in materia existens est per se in generabilis et incorruptibilis quantum sit accidentis generabilis et corruptibilis.

Ad rationes ante oppositum

Ad primam dicitur quod sicut genus est principium secundum rationem ita est aliud secundum rationem ab eo cuius est principium. Alie rationes bene probant quod ea ex quibus intrinsece res primo componuntur sunt principia ipsarum rerum secundum res. Rationes vero post oppositum bene probant quod genera sunt principia secundum rationem. et quod compositio ex genere et dicitur est compositio rationis et non realis sequitur textus. Adhuc autem utrum;

Queritur sexto. utrum omnium

rerum sint eadem principia secundum numerum. Arguitur quod sic quia in causis est status ergo est veniendum ad unum efficiens ad unum sine ad unam formam et ad unam materiam. Oppositum arguitur quia si eut se habent principia sensibilia ad sensibilia sic principia entium ad entia. sed non sunt eodem littere omnino in omnibus similibus. ergo non sunt eadem principia in omnibus entibus.

Pro responsione ad questum

est sciendum primo. quod duplicata sunt principia scilicet extrinseca et intrinseca. intrinseca sunt materia et forma. in compositis et forma tantum in simplicibus. Extrinseca sunt finis et efficiens. principia intrinseca sunt unigena principialitatis. ideo eius quod est unum numero. principia sunt eadem numero. ut fortis materia est una numero et similiter forma. et eorundem in specie dicitur numero. principia sunt eadem in specie numero dicitur ut fortis et platonis. principia intrinseca sunt materia et forma nisi

itero dicitur et specie convenientia. et eorum
dem genere principia sunt eadem genere
eorundem vero analogia et proportionem
principia intrinseca sunt eadem secundum
analogiam.

Secundo sciendum est. quod princi-
cipia extrinseca sunt duplicia. scilicet proxi-
ma et ad equata et remota seu excedentia
Proxima sunt unigena principalitatis
quia omne quod fit ab agente determinato
fit. etiam propter determinatum finem ob hoc ista
non sunt eadem omnium principia sed diver-
sa. Sed principium efficiens remotum et
primum simpliciter est unum numero a quo
dependet tota natura. similiter ultimus
finitis similiter est unus omnium ad quem
omnia ordinantur. similiter quilibet intelli-
gentiarum in orientum orbem que sunt prin-
cipia inferiorum per motum celi est una nul-
litas.

Tunc sit hec conclusio. omni-
um entium est unum primum efficiens sim-
pliciter et unus ultimus finis simpliciter
non tamen est una materia nec una forma
nisi esset sermo de forma exemplari om-
nium que est essentia primi efficientis sed non
est unum primum efficiens proximum nec
unus finis propinquus omnium. conclu-
sio satis patet ex dictis.

Sed dubitatur. utrum corrup-
tibile et incorruptibile sint eadem princi-
pia. Arguitur quod non quia ex eisdem prin-
cipiis sequitur idem effectus. ergo si corrup-
tibile et incorruptibile sint eadem princi-
pia omnia essent corruptibilia vel incorrup-
tabilia. Oppositum autem quod ratio corruptibile
quam incorruptibile oportet principia esse
incorruptibilia. ergo sunt eadem principia
omnino. antecedens patet quia omne quod
corruptum in aliquid prius eo resolvi-
tur. ergo si principia corruptibilium essent
corruptibilia corrumpere in alia priora et
illa in alia. et sic in infinitum vel oporteret
dicere quod deueniendus sit ad principia in-
corruptibilia que etiam sint principia cor-
ruptibile. Ad dubium respondetur si-
cut ad questionem precedentem. quod quedam
sunt principia intrinseca scilicet materia et

forma. et quedam extrinseca ut finis et efficiens.
principia intrinseca non sunt eadem
corruptibile et incorruptibile. nam prin-
cipia intrinseca incorruptibile nec per se.
nec per accidens sunt corruptibilia. Sed
principia intrinseca corruptibile licet non
per se sint corruptibilia tamen per accidens
sunt corruptibilia. principia vero extrinseca
ea propinqua et unigena principalitatis
non sunt eadem corruptibile et incorrup-
tibile. quia corruptibile sunt corrupti-
bilia cuius sunt eiusdem generis et speciei cum
ipsis. sicut homo generans cum homine
genito. Sed principia propinqua incor-
ruptibile sunt incorruptibilia. principia
autem extrinseca et remota corruptibilia
sunt incorruptibilia. ut deus intelligens
et celi. sed tamen inter ista est ordo quod prin-
cipium simpliciter primum scilicet deus est
omnino deum mutabile. intelligentie ve-
ro immobiles et incorruptibiles sunt mo-
tu physico possunt tamen mutari finem affectio-
nes ex natura sua. et finem determinationes
ad diversa loca. corpora vero celestia in-
corruptibilia sunt. tamen sunt mobilia lo-
caliter. Ad rationem in contrarium dicitur
quod ex eisdem principiis intrinsecis et ex-
trinsecis uniuocis sequitur idem effectus. sed
non oportet ex eisdem principiis extrinsecis
et eiuocis omnes effectus sequentes esse
eiusdem conditionis. Qualiter autem agens
per intellectum et voluntatem unum et idem
manens se habeat ad producendum diuer-
sa tractatum est in secundo de generatione
et sic patet responsio ad quesitum.

Tunc ad rationes ante opo-
positum. ad primam ratio conuersus est quod prin-
cipium efficiens simpliciter est unum omnium
entium. similiter ultimus finis simpliciter est
unus. et prima forma exemplaris est una
sine remota. et sic primum ens in triplici genere
causae scilicet efficientis finalis et formalis. ex-
emplaris est causa omnium in ipsa vero non
est materia. et quamuis aristoteles probat sta-
tum esse in causis materialibus non per
hoc concluditur quod omnino entium sit mate-
ria. sed concluditur quod in qualibet re que
fit ex materia per resolutionem deueniendum
est ad materiam primam qua aliquid dicitur sic

Tertius

hieri q̄ ipsa amplius nō fit et alio. cū hoc tamen stat q̄ in materialibus diuersorū in numero est alia mater. a fm̄ numerorū Sequitur textus. Omnium autem ad cōsiderandum tria et cetera.

Queritur septimo. vtrū ens

et vnus sint principia substantialia rerum. Arguit q̄ sic qz p̄mū principium est ens et vnū a quo derivat om̄is entitas et vnitas in rebus ergo etc. Secūdo ens et vnū p̄dicant substantiam cuiuslibet rei ergo sunt principia substantialia rerū. Q̄p̄positū arguit qz accidentia nō sunt principia substantialia rerū. s̄ ens et vnū p̄dicant de accidentib⁹ sicut de substantijs. ergo nō sunt principia substantialia rerum.

Pro responsione est primo

Diffinitio contrariorum est bene

posita. probatur per singulas particulas primum qd contraria plurimum differant patet ex dictis quia aliqua maxima differētia est reperenda ut dicitur prima suppositio maxima autem differētia non est vnitatis genere. sed qd contraria plurimum differant in eodem subiecto. patet quia contrariorum eadem est materia cum sint ad inuicem transmutabilia sed qd sint sub eadem potestate & sub eadem scientia. probatur quia scientia est circa genus & numerum modo contraria sunt sub eodem genere. ergo contraria sunt sub eadem potestate. nam scientia est potestatis rationalis ut in conclusio dicitur est. Ex predictis duo patent correlaria. vnum est qd contrarietas est differētia perfectissima. patet quia contrarietas est maxima differētia. modo maximum in vno quoque genere est perfectum. patet quia maximus est quod non exceditur ab alio. sed perfectum est extra quod nichil contingit accipere eo quod perfectum attingit finem. modo extra finem nichil est accipere quod finis

est vltimus rei. Secūduz correlariuz est q̄
tantum vnum. vñ est contrarium p̄z q̄
vñtus differentie tantum sunt duo extre-
ma eo q̄ extra vltimus nichil potest sumi.
Sed cōtrarietas ē differentia cōtrariōrū tā-
quā vltimū. ergo tātz vñ vñ opponit̄

Ad rationes ad primas dicit̄
mediuz non contrariatur extremis con-
trarietate perfecta. sed soluz secundū q̄d
.s. prout mediuz cōparatum alteri extre-
mōrū habet eandē alterius extremi. de
scōda ratōe vñtuz est in correlario questōis

Queritur quinto. An
privatio vel habitus sint radix cōtrarie-
tatis. Arguitur q̄ non quia principium
in vno quōq̄ genere est principiu 7 radix
sed prima oppositiōnuz est cōtradictio
7 non privatiua oppositio. Secūda op-
positio que est imperfecta: or non est princi-
pium perfectionis sed oppositio cōtraria
est perfectior: oppositio quam privatiua
quia vtrūq̄ extremorū cōtrarie oppo-
sitiōnis est natura quedā. alterum vero
privatiue oppositiōis est nō ens. ergo 7c
Tertio sic cōtraria maxime distant vt p̄z
per diffinitionē eorū sed non omnis pri-
uatio distat maxie ab actu. privatio enī
albi que est coniuncta calido non maxie
distat ab albedo. ergo oppositio privati-
ua nō est p̄cipiū cōtrarietatis vel radix

In oppositiuz est aristotiles
pro responsione est p̄io sciendū q̄ euz sint
quatuor species oppositiōis. s. cōtradi-
ctio privatiua. oppositio. cōtrarietatis 7
relatiua oppositio. Cōtradictio est p̄ia
illarū probatur quia cōtradictio clau-
ditur in intellectu aliarū tanquam simi-
plicissima 7 p̄ia. quia cōmune est omnib⁹
oppositis q̄ non insint eidem susceptibili
hoc autē eis cōuenit per naturam con-
tradictōis pro quāto vñ quodq̄ op-
positōrū claudit negationem alterius
sicut cecus est non videns. albus est non
nigrum pater est non filius ergo prima
oppositio non est cōtradictio.

Prima cōclusio. cōtrarietas
differt a cōtradictiōe. p̄z qui a cōtra-
dictōis nichil est mediuz sed cōtrariōrū
aliquid mediuz. ergo oppositio cōmū

traria differt a cōtradictōia. Notandū
tamen q̄ in quibusdā contrarijs est me-
diū eiusdem generis 7 est mediū sub-
iecti sicut inter albus 7 nigrum primo est
mediū eiusdem generis. s. si cum vel ali-
medi⁹ color qui non est albus neq̄ ni-
ger. est etiam mediuz subiecti quia si ali-
quid quod non est album neq̄ nigrum
in quibusdā autem contrarijs est medi-
ū eiusdē subiecti sed non est eiusdem
generis quia nō est aliqua media q̄litas
inter sanitatem 7 egritudinem sed est me-
diū subiecti. quia est aliquod subiectū
quod non est sanuz neq̄ egrum vt lapis
In cōtradictōijs vero non est mediuz
eiusdem subiecti neq̄ eiusdē generis. q̄
negatio cōtradictōis non est negatio in
ḡne neq̄ in subiecto sed est negatio extra
subiectum 7 extra genus. vñ de alterum
extremorū cōtradictōis verificatur
de ente 7 aliud de non ente.

Secunda cōclusio. privatio

est quodā modo cōtradictio 7 quodā
modo ab ea differt. probat̄ quia privatio
est negatio in subiecto apto nato quātuz
ad hoc q̄ privatio est negatio conuenit
privatio euz cōtradictiōe. Sed quātuz
ad hoc quod cōtradictio neq̄ requirit sub-
iectū neq̄ aptitudinem in subiecto differt
vt non ens non dicit̄ cecus nec quod dicit̄
ens dicitur cecus. sed ens quod est aptū
natiū videre. Item alia est differentia que
sequitur ex prima. quia in cōtradictōe oē
ōrīno nullum est mediū sed in oppo-
sitiōe privatiua. 7 si non sit mediuz eius-
dem generis tamen est mediū subiecti
est enim aliquid subiectū quod non est
cecum neq̄ videns. vnde oppositio pri-
uatiua non est in metba. simpliciter sed est
in metba. circa subiectum susceptibile qd̄
habet aptitudinē ad susceptōes privatio-
nis 7 habitus. Ex predictis p̄z q̄ oppo-
sitiō cōtraria plus accedit ad privatiōes
quam ad cōtradictōem. citius ratio est
quia in cōtradictōe nullum est mediuz
in cōtrarietate vero 7 in oppositiōe pri-
uatiua est aliqd̄ mediuz vt declaratur est
7 hoc p̄uenit ex hoc q̄ negatio cōtradi-
ctiōis est extra subiectum 7 extra genus
privatio vero est negatio in genere 7 in
b ii

subiecto.

Tertia cōclusio 7 respōsalis

radix cōtrarietatis est priuatio 7 habitus probat. quia in omni cōtrarietate claudit priuatiua oppositio tāquāz prior 7 simplior nam semp vnu cōtrariouz se habz vt pfectuz 7 habitus. 7 alteruz sicut priuatio sicut piz de calido 7 frigido albo 7 nigro Iteruz probat a signo 7 per cōparationē ad priuatiōez 7 habitū. aliq̄ dicunt diuer simōe cōtraria. q̄dam enī dicunt cōtra// ria eo q̄ habēt in se inclusaz priuatiōem 7 habitū. vt albus 7 nigrus calidū 7 frigiduz Alia per hoc q̄ faciūt actu priuatiōem 7 habituz vt caliditas 7 frigiditas. Tertio modo qz sunt factura seu habēt in se ratō nez vtutem faciēdi priuatiōez 7 habitum vt calefactiuum 7 frige factiuum. Quarto modo quia sunt acceptōes priuatiōis 7 habitus sicut calefieri 7 frige fieri. Quinto qz sunt abiectōes seu remotōes contra// rioruz vt non calefieri nō frige fieri. Item tertio qz generatōes sunt ex cōtrarijs. sed gnationes sūt ex priuatiōe aut ex habitu ergo cōtrarietas ē q̄dā priuatiō. Est tñ ad uertēdū q̄ priuatio ē duplex. quedā est q̄ in mente habet ordines ad subiectum. vt tenebra. 7 a tali priuatiōe fit mot⁹ in ha// bitum 7 cōtra. Alia est priuatio que non habet ordinē in mente ad subiectuz s̄ per mediū forme vel habitus quez priuatiō eo q̄ est corruptio hui⁹ forme 7 a tali priuatiōe non fit mot⁹ in habitū vt piz de ce// citate 7 de morte. Et nota qz tertia cōclu// sio intelligit de priuatiōe primo mō dicta 7 non secūdo mō. 7 per hoc cessat differe// tia posita in pdicamentis. inter cōtraria 7 priuatiōe opposita in hoc. s. qz a priuatiōe non fit mot⁹ in habitū. 7 tamē fit motus ab utroqz cōtrariouz in aliud. Ad ratio// nes ante oppositū. ad primā dicit qz cō// tradictio est priuatiō oppositio simpliciter. s̄ priuatiōe in ḡne est priuatiua. vt piz ex dictis. Ad aliam dicit qz priuatio est p̄cipiuz 7 radix cōtrarietatis s̄ non priuatiō p̄fecta que. s. causatur s̄m magnaz differentia a forma vl' habitu que priuatiōe vt est priuatio secūdo modo dicta.

Queritur sexto. Vtrum egle

opponat magno 7 paruo. Arguit q̄ sic ratioibus. tex. primo qz hac dictōe vtrū non vtur nisi in oppositis. vt si q̄ratur vtruz hoc sit albu vel nigrus. non autem querit vtrum hoc sit homo vel albu. nisi hac suppositōe qz idem non sit homo 7 albu. Et hac dictōe vtur in eqli mag// no 7 paruo. Secūdo sic ineq̄le est contra// riū equali s̄ ineq̄le est cōmune magno 7 paruo. ergo equali cōtrariatur magno 7 paruo. Tertio ineq̄le attribuit duali// tati 7 nuero pari s̄m pictagoras. s̄ ineq̄le opponit equali ergo idēz opponit duo// bus. In oppositu arguit ratioibus. tex. tus prima magnū 7 parū sunt cōtraria s̄ igit equali est contrariū magno 7 puo vnu erit contrariū duob⁹ quod superius in p̄batum est qz tantū vnus vni est cō// trariū. Secūda ratio. non est cōtrarietas mediij ad extrema eo qz cōtrarietas ē p̄fecta distāta que non est mediij ad extrema sed extremi ad extremum. sed equali me// diat inter magnū 7 parū ergo eis non contrariatur. Pro responsione est primo **Sciendum qz magnū 7 puū** dupliciter accipiunt. Vno mō absolute prout magnū est habēs magnitudinem vel quātitatē cōtinuaz 7 sic magnū non opponit equali. s̄ magnū potest esse egle Alio modo capitur comparatiue prout magnū idēz est qz maius. 7 puū idem est qz minus. s̄m qz alteri comparat. 7 exce// des in quātitate dicit magnū 7 excessum dicit parū 7 sic equali habz oppositōez ad magnum 7 paruum.

Prima condusio. equali 7 ineq̄le mter se opponunt cōtrarie sed quodlibz illorū opponit rasatiue ad suū correlatiuū vt egle eqli. ineq̄le ineq̄ali

Secunda condusio. equali non cōtrariatur magno 7 paruo. piz per rationes post oppositum.

Tertia condusio. equali priuatiue opponit puo 7 magno. probatur qz equali est quod non est maius neqz minus 7 tñ ipm est natū esse maius aut minus. s̄ negatio in subiecto apto nato est priuatio. ergo equali priuatiue opponit

paruo & magno. Et quo patet quod equalis non opponitur contrarie magno & paruo. quia equalis non est pura negatio magno & paruo non enim omne quod est magnum aut paruum dicitur equalis. sed solum illud quod est narium esse magnum & paruum. Et quo patet quod equalis est medium per ab negationem. Est in aduertendum quod opinio aliquorum fuit quod sicut inter contrarie opposita est medium per ab negationes. Ita inter quocumque potest esse tale medium sicut inter paruum & magnum quod nec paruum nec magnum est. ita inter manus & calcem dabitur medium per ab negationes quod. s. nec erit manus nec calcis. Sed hec opinio falsa est. quia medium per ab negationem non est nisi eorum que sunt opposita. etiam que sunt unius differentie quasi unius generis. i. extrema unius differentie contrarie alteri. que differentie sunt generis unius et ideo potest esse medium per ab negationes non autem sic de omnibus alijs quia non omnia sunt unius generis nec unius differentie. Rationes autem ante oppositum bene probat quod equalis bene opponitur paruo & magno.

Queritur septimo. Utrum unum & multa opponantur. arguitur quod non quia multa opponuntur paucis sed tamen unum est unum contrarium ergo unum & multa non opponuntur. In oppositum est philosophus in textu pro responsione. Est primo **Sciendum quod duplex est unum** & etiam est duplex pluralitatis sibi opposita. quoddam est unum quod convertitur cum ente & tale unum nichil aliud est quod est ens in diuisum. Aliud est unum quod est principium numeri & determinatur ad genus quantitatis & tale unum addit supra unum quod convertitur cum ente rationem mensure. unum enim quod est principium numeri est mensura illius numeri. Similiter duplex est multitudo quodam est opposita unum. quodam convertitur cum ente & talis multitudo transcendens est sicut unum sibi oppositum unde & huiusmodi proportionata multitudo dicitur pluralitas entium. Unde ex hoc solo quod aliqua diuisa sunt dicitur multa. Alia est multitudo de genere quantitatis & addit supra multitudinem transcendentes hoc quod est esse mensuratum uno quia talis multitudo est numerus numerus autem diffinitur in hoc decimo quia

est multitudo mensurabilis uno. Et hoc apparet quod sicut unum quod convertitur cum ente est commune & quasi genus ad aliud unum quod est principium numeri. ita multitudo transcendens est quasi genus ad numerum. numerus enim supra huiusmodi multitudinem dicitur addit hoc quod est esse mensuratum uno

Secundo sciendum est quod multitudo siue multitudo sic dicitur duplex. uno modo absolute. & sic multitudo idem est quod pluralitas vel quantitas discreta. unum hoc modo multitudo est quasi genus ad pluralitatem & paucitatem. Alio modo dicitur multitudo relative & sic multitudo est quantitas excedens vel simpliciter vel respectu alicuius simpliciter. quando quantitas excedit respectu eorum que communiter in rebus sunt in genere ut quando pluit in magno excessu. ut per soluta cursum nature dicitur multa pluuia. respectu alicuius sicut decem homines dicitur multi respectu trium & sic hoc modo multitudo est quantitas excedens & paucitas multitudo excessiva.

Ponitur prima conclusio unum quod convertitur cum ente opponitur multitudinem contrarie. hec conclusio probata est supra quia unum dicitur priuationem multitudinis. & non dicitur priuationem puram sed priuationem fundatam in natura. illud autem quod sic se habet opponitur alteri contrarie ergo unum opponitur multitudinem contrarie

Secunda conclusio. unum quod est principium numeri opponitur multitudinem oppositum relative. sicut mensura & mensurabile. patet quia de ratione numeri est quod sit mensurabilis uno. & de ratione unum est quod sit mensura numeri. & sic numerus se habet ut mensuratum. unum ut mensura. relinquuntur ergo quod unum & multa sunt de genere ad aliud quid. & relativa tertij modi que. s. referuntur secundum mensuram & mensurabile & non sunt relativa secundum esse. sed secundum dicitur

Nota quod dictum est notanter in conclusione quod unum quod est principium numeri. quia unum quod convertitur cum ente non opponitur multitudinem relative sicut mensura mensurabili quia tale unum abstractum a ratione mensure sicut dicitur est oppositum contrarie multitudinem. **Utrum autem**

vnus quod est principium numeri oppo-
natur multitudini cōtrarie aut priuatiue
Ad hoc dicit q̄ vnū 7 multa possunt cō-
siderari dupliciter. Vno mō s̄m ratōem
mēsure 7 mēsurabilis. 7 sic opponuntur
relatiue vt dicit sc̄da conclusio. Alio mō
s̄m q̄ vnū priuat diuisiones que est s̄m
q̄ntitatē ex qua q̄dam diuisione causatur
m̄litudō que est numerus. 7 sic videtur q̄
vnū opponat m̄litudinē cōtrarie. 7 pp̄
ea dicit q̄ vnus cōsideratur s̄m formaz
7 s̄m diuisiones cōtrariatur m̄litudinē

Tertia conclusio. accipiēdo

m̄ltuz 7 paucuz relatiue opponunt cō-
trarie. vt dicit albertus. oppositōe cōtraria
que est s̄m diuersos respectus. probatur
quia m̄ltuz dicitur quātitas excedens. et
paucū dicit quātitatem excessam. 7 ita se
habent sicut excedens 7 excessus. Notāter
dicitur cōsiderando multū relatiue quia
multuz absolute cōsideratur est superius
ad paucū. vnde paucitas est multitudo
dicta absolute. sicut duo sunt pauca. 7 t̄n
sunt m̄lta capiēdo multum absolute. 7
per hoc p̄t̄ solutio ad ratōes.

Queritur octauo. Utrum

media cōtrarioruz componant ex cōtra-
rijs. Arguitur q̄ non. quia cōtraria sunt
forme q̄dam sed forma est simplex sc̄d̄
actorem sex p̄ncipiorum ergo media cō-
trarioruz sunt simplicia 7 per cōsequens
non sunt composita ex cōtrarijs. Sc̄do
sic secundum porphirū in p̄dicabilibus
diuerse species non cōcurrunt ad cōstitu-
tionez tertie speciei sed cōtraria sunt spēs
diuerse. simuliter mediū est species q̄dam
ergo mediū non componit ex extremis
Arguitur tertio. ea que sunt sibi inuicem
impossibilia non conueniunt ad cōstitu-
tionez alicui⁹ sed cōtraria sunt huiusmōdi
ergo mediū non componit ex extremis
Quarto sic mediū distāta locali non vi-
detur componi ex extremis r̄c. In
oppositū est aristoteles ad dubiuz cōfōr-
m̄ter ad textuz r̄spōdetur per p̄positō-
nes. Prima p̄positio est. media sunt in
eodem genere euz extremis. probatur sic
quia mediū est illud in quod mutatum
prius cōtrarie per trāsit quaz in extremuz

7 sic fit trāsitus de medijs in extrema. 7
ecōuerso sed non fit trāsmutatio nisi in
illis que sunt eiusdē generis non enim fit
trāsitus de albo. in iustus ergo necesse
est media esse in eodez ḡne cum extremis
Secūda p̄posito. media soluz sunt op-
positoꝝ. probat q̄ media sūt eoz quoz
fit trāsmutatio s̄ trāsmutatio soluz fit in
opposita maior p̄t̄ ex diffinitione mediij
minor declarat in. iij. p̄bisi. Tertia p̄po-
sita media non sunt omnium oppositoꝝ
sed solum cōtrarioruz p̄t̄ cōfusio quia
cōtradiutoruz nō ē mediū p̄t̄ per diffi-
nitōem q̄ cōtradio est oppositōni cui-
us s̄m se non est mediū. vnde semp̄ alte-
ra pars cōtradiōis m̄st siue sit ens siue
non ens. Secundo priuatiue opposito-
ruz non est mediū eiusdem generis licz
sit mediū subiecti vt ante dictum est

Sed de hijs que sūt ad ali-

quid Notādus q̄ ea que sunt ad aliquid
dupliciter dicitur q̄ q̄dam sunt quozuz
vnū per se refertur ad aliud. alteruz non
non per se refertur ad ip̄m. sed soluz s̄m
rationem q̄ aliud refertur ad ip̄m sicut
sunt relatiua tertij mōdi vt s̄iētia 7 sc̄ibile
7 illoruz non est mediū. cuius ratio est
quia non sunt eiusdem ḡnis cum vnū
per se refertur ad aliud 7 non alterum
Alia vero sunt que mutuo referuntur ad
inuicem 7 quedam illoruz s̄m respectus
cōtrarios. 7 illoruz bene est mediū vt
maḡni 7 p̄ni quozuz mediū est equale
Relinquit q̄ media non sunt nisi cōtra-
rioꝝ. Decima p̄positio spēs cōtrarie
habent cōtraria priora ex quib⁹ compo-
nūtur. s. cōtrarias differētiās quia cōtra-
rie spēs sunt sub eodez ḡne sed gen⁹ vnuz
non contrahitur ad diuersas species nisi
per differētiās cōtrarias. cōtrarietas autē
cōtrariarum differētiarum prior est con-
trarietate specierū quia cōtrarie differētie
faciūt cōtrarias spēs. Quinta p̄positio
species medie habet etiam cōtraria me-
dia ex quibus cōstituūtur. p̄t̄ quia cum
media sit eiusdē generis 7 om̄is spēs ex
ḡne 7 differētia cōstituātur necesse est q̄
media cōstituāt ex ḡne 7 differētijs vt
p̄t̄ de medijs colorib⁹. s̄ hec differētie

et quibus constituntur medij colores non possunt esse differentie constitutive specierum extremarum ut albi et nigri. ergo oportet quod differentie constitutive mediorum colorum sint media inter differentias constitutivas contrariorum specierum. scilicet albi et nigri. quia sicut se habet species ad species ita se habent differentie ad differentias. Ideo oportet quod sicut medij colores sunt species medie inter species contrarias ita differentie constitutive mediorum colorum sint medie inter differentias contrarias. que dicuntur prima contraria et constituunt species contrarias. Sexta propositio et responsalis media contrariorum componuntur ex contrariis. probatur quia prius fit transmutatio unius contrariorum in medium quae in alterum. cuius causa est quia medium plus accedit ad naturam unius extremi quae alterum unum medium comparatum unum extremorum videtur esse aliud sicut rubeus comparatus ad album videtur nigrius et comparatum ad nigrius videtur album. et sic medium quodam modo videtur esse utrumque extremorum. unum patet quod medium componitur ex extremis. contraria autem sunt simplicia quae non componuntur ex se invicem et quae sunt simplicia sequitur quod sunt principia illorum mediorum. Ex hoc patet quod media componuntur ex ipsis ut dictum est. Aduertendum est tamen pro solutione rationum quod sicut in mixtoe elementa conveniunt ad rationem mixti et completa mixtoe elementa. substat autem iter corumpitur et generatur mixtus quod est unius fortitatus ita proportionabiliter possunt in motu misceri. contraria ad constitutives medij. Sed generato medio corumpitur contraria secundum substantiam et generatur medium quod est unum species et una forma simplex distincta ab ipsis contrariis. nec medium est unum nisi per ab negationem quae aliter non esset essentia unum species nec forma simplex. Et per hoc patet solutionem primam rationum. Sed pro solutione ultime rationis dicitur quod medium potest componi ex extremis dupliciter. Uno modo secundum speciem et formam et sic medium inter formas contrarias componitur ex extremis ut medij colores ex albo et nigro. Alio modo secundum potentiam et virtutes et sic medium in distantia locali componitur ex extremis. vel dicitur quod illa compositio solvetur de medijs inter vera contraria que

sunt ad invicem transmutabilia per suam actionem cuius non sunt contraria in magnitudine locali.

Queritur nono. Utrum contrarietas sit differentia secundum species. Arguitur quod non quia masculinum et femininum sunt contraria. et tamen non differunt secundum species. non enim masculinus differt a femina secundum speciem. Secundo sicut differentia secundum speciem reperitur in omni predicamento quia in quolibet predicamento reperitur divisio generis in species diversas et tamen contrarietas non invenitur in quolibet predicamento. substantie enim et quantitatibus nihil est contrarium. ergo contrarietas non est differentia secundum species. Tertio sic oppositio differentiarum per quas differunt species est privationis et habet oppositio. quia oppositum secundum rationes communem perfecti et imperfecti ergo contrarietas non erit differentia secundum species.

In oppositum est aristoteles pro responsio. Est primo sciendum quod ad hoc quod aliqua sint diversa specie oportet quod unum sit diversius ab altero et in eis sit aliquid commune quod in eis diversificatur. illud autem commune est genus ex quo sequitur quod necesse est diversa specie esse in eodem genere. Nam genus est quod est commune differentibus specie secundum substantias et in eas diversius secundum differentias substantiales. et non per accidentia. Aduertendum tamen quod aliter dividitur genus per differentias. aliter materia per formas. Nam materia addit formam sicut patet. unum materia non est ipsum compositum sed aliquid eius. sed differentia dividens genus ad dicitur genus non tamen quae pars una alteri patet sicut totum totum. genus enim et differentia dicitur totum quod dicitur species. alioquin non predicaretur de ipsa specie. Verum tamen genus et differentia dupliciter possunt considerari. uno modo secundum illud a quo imponitur nomen generis et differentie. et illo modo se habent sicut materia et forma quae nomen generis imponitur a materia. et nomen differentie a forma. Alio modo possunt considerari quantum ad id cui nomen imponitur quod est totum. et ideo sic genus et differentia non se habent sicut materia et forma. et ideo notatur dicitur in textu quod genus dividitur secundum substantias et non secundum accidentia. siue genus sit forma siue aliter se habeat.

Secundo sciendum quod licet genus non sit commune pluribus speciebus. tamen diversitas
b uij

gñs fit in spēs oppositas & contrarias &
 hoc ppter diuersitatē differētiarū cōtra//
 bēniū genus ad cōtrarias spēs. sicut bō
 & equus nō sunt vnū animal vn̄ animal
 in eis ē diuersus fm̄ spēs. probat̄ inducti
 ue & ratōe. inductiue sic qz om̄is diuisio ē
 per opposita cui⁹ ratio est qz ea que non
 sūt opposita possunt in esse eidez siml̄. vn̄
 nō necessārio sunt diuisa. cū ergo diuisio
 fit vn̄ in mlt̄a & diuersa. sequit̄ qd̄ diui//
 sio est per opposita & nō per alia quā per
 cōtraria. ergo diuisio ē per cōtraria. m̄ior
 p̄t̄z primo qz diuisio gñis non est per cō//
 tradictoria. qz altera pars cōtradictōis
 .s. negatio non est in gñe. cuz sit per se nō
 ens. neqz sit per relatiua. qz ea per que sit
 diuisio gñis non ad se muticē referunt &
 sic relinq̄tur qd̄ diuisio gñis in spēs sit per
 cōtraria. Secōdo probat̄ ratōne qz diuersa
 spēs sunt q̄ cōtinentur sub eodez gñe & ab
 m̄iucez differūt. s̄ hoc cōuenit contrarijs
 ergo diuersa spēs sunt cōtraria. Item qā
 diuersa spēs est esse in eodez gñe & ex natu
 ra habere cōtrarietates q̄ est contrarietas
 differētiarū. Et per oppositū eadē specie
 sunt q̄ non habet cōtrarietates vt in diui//
 dua eiusdē spēs. Ex p̄dictis p̄t̄z aliq̄liter
 qd̄ gen⁹ nec est idē spēs cuz sua spēs. nec spēs
 diuersa a suis specialib⁹ p̄t̄z qz differētia
 spēs sunt quoz differētie sunt diuersē. Et
 eadēz spēs quoz differētia est eadē s̄ gen⁹
 non habet eadem differētia neqz alterā
 a suis spēsibus. qz gen⁹ nullā habet diffe//
 rētia qd̄ p̄t̄z qz sicut materia cognoscit̄
 per carentiā & negatōez om̄iū forārum
 ita genus qd̄ s̄ habet per modū materie
 nullā habz differētia actu .s. cognoscit̄
 per carentiā earū. Veruz est tñ qd̄ habet
 differētiās in potestate sicut materia est
 in potētia ad forās. Ex p̄dictis p̄t̄z qd̄ ea
 q̄ sūt diuersorū generū nō p̄pue dicunt̄
 differētia spēs. s̄ magis differētia gñe. diffe
 rētia aut̄ specifica ē eoz q̄ sūt eiusdē gñis
Notandum circa predicta pro
 solutōe rationū qd̄ duplicia sūt cōtraria
 q̄ daz q̄ consequuntur forām substantiales
 & qz spēs est forma ideo talia cōtraria fa
 ciūt diuersitatē fm̄ spēs vt ratōale & irra//

tioale. Alia sunt q̄ insequuntur materie
 q̄ a proprietatibus indiuidii sumuntur
 vt masculinū & femininū a libz nigris &
 qz diuersitas fm̄ materiā non facit diuer
 sitatē fm̄ spēs s̄ facit diuersitatem indiui//
 duorū in eodē spēs. ideo talia cōtraria nō
 faciūt diuersitatē fm̄ spēs. & ideo dicit̄ in
 textu quecūqz sunt in ratōe cōtrarietatis
 spēs faciūt differētiās. q̄ vero in incōceptu
 cuz mā indiuidii qd̄ supra spēm addit
 materiā signatā. Et per hoc p̄t̄z solutō
 prime ratōis ante oppositū. Ad sc̄dant̄
 dicit̄ qd̄ licz in om̄i p̄dicamēto sit cōtra//
 rietas spērū. hoc ē tñ ratōe differētiarū
 ex q̄bus tales spēs cōstituuntur. & qā in
 om̄i p̄dicamēto est cōtrarietas differen//
 tiarū. ideo ex cōsequenti est cōtrarietas
 spērū. ea ratōne qua tales spēs cōstitu//
 untur ex diuersis differētijs. Ad tertiam
 dicit̄ qd̄ licz differētie opponantur fm̄ cō//
 munes ratōes p̄cipiat̄ & im̄fecti tñ qz
 nulla sumit̄ a priuatōe s̄ vtraqz a mate//
 ria & a forā positua & ideo ppter hoc di//
 citur opponi cōtrarie.

Queritur decimo. Vtrum

corruptibile & incorruptibile differat gñe
 Arguit̄ qd̄ non. qz celū & intelligētice sunt
 incorruptibiles & substantie inferiores sūt
 corruptibiles & tñ sunt eiusdē gñis. ergo
 nō differūt gñe. Secōdo sic corruptibilia &
 incorruptibilia sunt contraria vt ibidem
 dictū est cuz ergo cōtraria sunt in eodem
 gñe vt p̄t̄z per diffinitōes eoz sequitur qd̄
 non gñe differant. Tertio sic om̄e b. cu//
 bitum qd̄ accipitur in quātitate celi esset
 incorruptibile. & om̄e bicubitū quod ac//
 cipitur in quātitate elemētōz esset cor//
 ruptibile. ergo corruptibile & incorrupti//
 bile non differunt genere.

In oppositum est philoso.

pro respōsione est primo sciēduz qd̄ cor//
 ruptibile & incorruptibile sunt contraria
 p̄t̄z. qz potētia & impotētia opponuntur
 priuatiue. priuatio aut̄ est p̄cipuz cōtra
 rietatis. ergo pot̄ & impot̄ sunt cōtraria
 Et est notāduz qd̄ potētia dupliciter ac
 cipitur. vno mō q̄ aliqd̄ potest agere vel

pati qualemque et sic corruptibile se habet
ut potentia et incorruptibile ut impotentia
Alio modo dicitur potentia quod aliquid non po-
test pati aliquid deteri et sic incorruptibile
se haberet ut potentia et corruptibile ut impotentia

Secundo sciendum quod dupli-
cia sunt contraria quod dicitur sunt que se tenent ex
parte forme vel actus et talia contraria differunt
in specie sicut rationale et irrationale. Alia sunt
quod se tenent ex parte materie vel potentie et talia
contraria differunt specie et genere ut patebit
in corruptibili et incorruptibili. Cuius
ratio est quia sicut se habet actus et forma
ad species, ita materia et potentia ad genus. species
enim sumitur a forma, et genus a materia, cuius
ergo corruptibile et incorruptibile differunt
secundum materiam a qua sumitur genus
vel magis proprie loquendo que dicitur ge-
nus physicum, sequitur quod corruptibile et
incorruptibile genere differunt.

Tertio est sciendum quod duplex
est genus quod dicitur est logicum aliud ge-
nus naturale, genus logicum est commune
predicabile de multis speciebus secundum
rationem unam vel conceptum. Ex quo
patet quod ea que conveniunt in una communi
ratione vel conceptu eadem sunt in eodem
genere logico, ut si consideretur in ratione
substantie sunt in genere substantie, sed ge-
nus naturale vel physicum sumitur a mate-
ria vel potentia, unde ea que conveniunt
in eadem materia sunt eiusdem generis
physici, ea vero que non conveniunt in ali-
qua materia nec in aliquo principio sunt
diversa et quia hec convertuntur, scilicet habere
eandem materiam et esse transmutabilia
ad invicem, ideo sequitur quod omnia trans-
mutabilia ad invicem sunt eiusdem generis
physici, ut omnia generabilia et corrupti-
bilia, ea vero que non sunt transmutabilia
ad invicem non sunt eiusdem generis physici
et diffiniuntur per diversa in hoc quod sunt
illa quorum diversitas est principium subiectivum
et non resolvitur alterum in alterum nec
ambo in idem.

Proponitur conclusio corrupti-
bile et incorruptibile differunt genere phy-
sico, probatur conclusio quod genus physicum

sumitur a materia et illa que non conve-
niunt in materia non conveniunt in genere
physico, sed corruptibile et incorruptibile
non conveniunt in materia alias essent
ad invicem transmutabilia, ergo differunt
genere physico.

Est tamen notandum quod
rectius omnibus formis tam substantialibus
quam accidentalibus elementorum et ele-
mentatorum et relicta materia sola eadem
esset materia elementorum generabilium
et corruptibilium, Sed remota forma celi
per impossibile ad hanc materiam celi non
esset eadem materia cuius materia genera-
bilium et corruptibilium, quia si esset eadem
tunc materia celi esset in potentia ad for-
mas elementorum, et ita celum non esset
per naturam incorruptibile. Secundo
patet conclusio, quod corruptibile et incor-
ruptibile dividuntur ens per se quod patet quia cor-
ruptibile est quod potest esse vel non esse
semper, in corruptibile vero quod habet pote-
ntiam ad semper esse, cuius ergo corruptibile et
incorruptibile dividuntur ens et non deter-
minatur genus entis, non est verum quod corrup-
tibile et incorruptibile conveniant in aliquo
genere, notatur dictum est in conclusione in ge-
nere physico quod corruptibile et incor-
ruptibile conveniunt in logico quod conveniunt
in ratione communi generis logici ut substantie
vel quantitates et huiusmodi ut celum et generabi-
lia sunt in genere substantie, Ex quo patet falsitas
duarum opinionum, quarum una dicit quod
sicut album et nigrum possunt esse in eadem
specie et etiam idem individuum successive
ratio est in individuum, ymo possunt inesse
eodem individuo successive ita corrupti-
bile et incorruptibile non videntur diffe-
rentie genere, ymo possunt esse idem quod
dicitur corruptibile et quandoque incor-
ruptibile, sicut enim album et nigrum sunt con-
traria ita corruptibile et incorruptibile.
Sed ad hoc dicendum quod contraria sunt
duplicita, quedam sunt que sunt subiectis
insunt per accidens ut album et nigrum
et similia et unum quodque eorum potest
in esse subiecto non necessario et talia non
differunt genere nec faciunt differentias specifice

Alia sunt cōtraria q̄ non insunt per acci//
dens sicut corruptibile 7 incorruptibile
alterū ens corū inest de necessitate. Nam
corruptibile 7 incorruptibile insunt per
materiā q̄ est de substantia rei. vñ p̄z q̄ alit
quid non potest esse quandoq̄ corrupti//
bile 7 quandoq̄ incorruptibile p̄z etiam
falsitas oppinionis platoniorū ponē//
tum ydeas seperatas a singularibus 7
eas esse eiusdem sp̄ei cūz singularib⁹ qz fm
platonicos ille ydee sunt incorruptibiles
7 singlaria sunt corruptibilia. corruptibi//
le autē 7 incorruptibile non solū sp̄s etiaz
gñe differūt vt p̄actuz est. vñ p̄z q̄ im//
possibile ē ponere ydeas seperatas a singla//
rib⁹ 7 eas esse eiusdem sp̄ei cūz singularibus

Tūc ad rātes ad primam soluta est
Ad scōz dicit q̄ corruptibile 7 incor//
ruptibile opponunt cōtrarie fm cōmu//
nez rātes cōtrarietatis que est habitus 7
p̄uatis 7 non opponunt cōtrarietate
ppue dicta. Et tñ aduertēduz q̄ corrup//
tibile dupliciter dicit. vno mō pro carētia
alicui⁹ forē vel habit⁹. 7 hoc mō corrupti//
bile 7 incorruptibile opponunt p̄uatiue
qz non cōueniūt in mā vl' substantia. exite
potētia ad vtrūq̄. alio mō pro natura q̄
potest esse vel non est semp 7 sic oppoitur
incorruptibili cōtrarie. Ad tertiā dicit q̄
cōsiderando bicubitū fm ppriaz rātes
bicubitū est in gñe locato s̄ cōsiderando
bicubitū ex p̄e subiecti in quo est qz. s̄ est
in subiecto corruptibili vel incorruptibili
non semp est in eodez gñe p̄hisco. 7 sic est
fims decimū methaphisice.

Intra vndecimuz

Quēnt primo. Vtruz
vni⁹ stētē sit cōsidera//
re p̄cipia rerū. Arguit
q̄ non qz mlta nō sunt
de cōsideratōe vni⁹ stētē nisi sint cōtra//
ria. Eadē est enī stētē cōtrariōz s̄ p̄ci//
pia non sunt cōtraria cum conueniant in
cōstrutione p̄cipiat. ergo vni⁹ stētē
non est cōsiderare p̄cipia rerū. In oppo//
sitū arguit qz si vni⁹ stētē non sit cōside//
rare p̄cipia rerū s̄ plures tūc q̄rendum
est q̄les sunt ille stētē 7 nō videtur facile
signare. Pro responsione est primo

Sciendum q̄ stētē partia//
lares non cōsiderant ens in quātum ens
nec ea que cōmuniter insunt enti. 7 etiam
non cōsiderant de substantijs seperatis 7
ideo oportuit vniā substantiaz esse vniuer//
salem q̄ cōsideret ens 7 alia communia 7
etiam cōsiderat substantias seperatas. 7 hec
dicit metha. Postq̄ ergo in p̄cedentib⁹
libus determinātuz est de ente 7 de illis q̄
cōsequūtur ens in quātuz ens 7 de vno 7
in latitudine 7 huiusmodi. cōsequenter aristo//
tiles in hoc .xi. accedit ad determinādūz
de substantijs seperatis. Et primo mouet
q̄sdam dubitatōes valētes ad cōsidera//
tōem substantiarūz seperatarum.

Secundo sciendū q̄ metha//

phica siue sapiētia considerat p̄cipia
rerū vt p̄batuz est in probe. metha. s̄. q̄
metha. cōsiderat altissimas causas 7 ma//
xime vniuersales 7 prima rerū p̄cipia

Prima cōclusio vni⁹ stētē

tie est cōsiderare p̄ia rerū p̄cipia p̄quā
to reducūt ad aliq̄d vni⁹ gen⁹ vñ metha.
cōsiderat p̄ia p̄cipia 7 causas vt habēt
attributōes ad ens qd ē subiectū metha//
phisice. 7 per hoc p̄z solutio rātes ante
oppositū q̄ cōtraria non sunt de cōside//
ratōe vni⁹ stētē nisi in quātum sunt vni⁹
gñis. 7 tūc hic possunt moueri dubia cō
formiter ad textū. Primū vtruz metha.
cōsiderat omnia gñā carūz s̄ qz hec q̄stio
mota est. etiaz determināta in .ii. bu⁹ ideo
Scōdo q̄ritur vtruz vni⁹ stētē sit cōside//
rare p̄cipia demōstratōis aut plurimū
stētētarūz. Arguit q̄ plurū qz omēs stētē
tie vtunt p̄cipijs demōstrationūz ergo
non est magis vni⁹ stētē quā alteri⁹ cō//
siderare p̄cipia demōstratōis. Ad du//
biū respondet q̄ vni⁹ stētē puta metha.
est cōsiderare p̄cipia demōstrationis
vt quodlibz est vel non est. Omne totū est
maius sua p̄e. p̄z qz huius stētē. s̄. me//
thaphisice est cōsiderare cōmunia q̄ sunt
termini p̄cipiorūz demōstratōis vt hec
cōmunia ens. nō ens. totū vt pars. Alie
autē stētē accipiūt hec cōmunia a metha.
7 sic eis vtuntur. 7 sic p̄z solutio rātionis
Tertio dubitat. vtruz metha. habeat
cōsiderare omēs substantias ad hoc dicit
primo q̄ cōsiderat substantias in quātuz

conueniunt in ratione substantie et entis. vñ metha. considerat substantias sensibiles nō in quātum sensibiles. sic enim considerat scientia naturalis. sed de ipsis considerat in quātum substantie sunt et partes eius. et sic dicit qd metha. considerat de substantijs non solum in quātum substantie et partes entis. sed etiam secundum suas proprias naturas. sunt enim sibi se sepe a materia de illis etiam nulla scientia particula/nis considerat huiusmodi autem substantie sepe a materia non sūt ydeas quas posuit plato sicut sunt in materiales substantie motiores orbium de quibus infra determinabitur

Quarto dubitatur. vñ demonstratio sit solum circa substantias aut etiam circa accidentia. Ad hoc dicit primo qd vñ scientie. s. methaphisice est considerare substantias et accidentia p quātum conueniunt in substantia q est subiectū eorum. principaliter tñ considerat substantiam. put est principalior pars entis. et de illa demonstrat per se accidentia. Et per hoc respondetur ad dubiū qd demonstratio ē circa substantias. et accidentia q substantijs in esse demonstrant. Quinto dubitatur. vñ metha. consideret principia intrinseca. s. materia et forma aut consideret principia communia q sunt ens vñ et similia. Ad hoc dicit qd metha. principaliter considerat principia communia. qñ huius etiam consideret principia intrinseca. s. materia et forma non in quātum sunt principia intrinseca. sicut sunt partes eius. Sextum dubiū. vñ ens et vñ sunt principia et videtur qd sic qd ens et vñ. videntur continere omnia. vñ destructis ente et vno destruit omnia alia. et non e converso. modo prius est a quo non conuertitur consequentia ex tñ ergo vñ et ens sunt principia. In oppositū arguit quia ens et vñ non sunt gñā. probatur qd differentia non participat gen⁹ cum non sunt in intellectu differentie. sed nulla differentia potest accipi de cui⁹ intellectu non sit ens. ergo ens et vñ non sunt gñā. Ad hoc dicit qd ens et vñ sunt prima gñā non communitate generis sed communitate analogie

Septimo dubitatur. vñ gñā sint magis principalia quā spēs. Arguit qd nō. qd quod simpliciter est habet magis rationes

principij s gñā sunt compositoria spēs qd genus est diuisibile in species plures spēs autē est indiuisibilis sibi forma. In op. arguit qd gñā sūt de compositorie spēs ergo magis sunt principia quā spēs. Ad hoc dicit qd gñā et spēs sunt principia cognoscēdi. tñ gñā sunt magis principia quā spēs vt pbat ratio post oppositum Ad rationes ante oppositū dicit qd gñā sūt compositoria potestate speciebus p quātum continet plures potestate. s. species actus compositor est gñā qd pter genus continet differentias. vñ spēs in plura est diuisibilis per resolutiones. vñ verus est qd in textu mouetur qdam dubia de ydearū et mathematica separatione. s. de ydeis vñ est prius et de mathematica vñ videbit in sequentibus. Octauo dubitatur cuius materia et forma sint principia substantiarū sensibilibus qd magis est principium materia vel forma. videtur qd materia qd ipa est subiectus primū in compositione. et vltimū in resolutione hoc aut conuenit principio ergo materia est magis principium quā forma Item materia est incorruptibilis et semp manet. forma est corruptibilis ergo forma. In oppositū arguit qd materia est potentia. forma vero actus s actus simpliciter prius est potentia. ergo forma magis est principium quā materia. Respondetur qd forma est magis principium q materia vt pbat ratio post oppositū. Sed ad rationes dicit qd bene probat qd materia magis habet rationem elementū quam forma quia elementū proprie dicit de principio mali s non pbant qd materia habeat magis rationem cause vel principij qd causa est ad quā sequit esse. modo esse principalius est a forma et non a materia. Dicitur secundō licet materia sit principium in compositione ipa tñ ante aduentum forme solum est in potentia et sic efficit in actu per foras. ideo non sequit qd materia sit magis principium quā forma. dicit etiam qd forma de se non est corruptibilis. s. ratione contrarietatis in ea ex tñ in cuius signis forme sepe a materia non sunt corruptibil' vt substantie sepe a materia et etiam forme que sunt in materia absque permutatione contrarij sunt in corruptibiles vt p̄ de forma celi

Nono dubitatur. vtrum sit idem princi-
pius corruptibilis et incorruptibilis. Ar-
guitur quod non. quia non esset ratio quare ab
eodem principaliter primo procederet ali-
qua corruptibilia et aliqua incorruptibilia.
Item queritur vtrum primum principium sit
corruptibile vel incorruptibile. Ad primum
respondetur quod idem est principium corrup-
tibile et incorruptibile et illud est incor-
ruptibile et ab eodem principio procedunt
aliqua corruptibilia et aliqua incorruptibilia
quod propinqua illi principio sunt incorruptibi-
lia. alia vero sunt corruptibilia propter longe
distare ab illo principio et illis inest generatio
et corruptio propter secundas causas que subia-
cent verificatōi. Decimo dubitatur. vtrum
omnium corruptibilium et incorruptibilium
sint eadem principia numero. Ad dubium res-
pondetur quod duplicia sunt principia. scilicet extrinse-
ca et finis et effinis. Alia intrinseca ut materia
et forma. Inter principia extrinseca sunt dupli-
cia. quod quidam sunt prima. alia prima. Dicitur
ergo quod non omnium sunt principia eadem
intrinseca immo sunt diuersa diuersorum
alias omnia essent eadem numero. Sed prin-
cipia intrinseca sunt eadem secundum analogiam
similiter etiam principia extrinseca non sunt
eadem omnium immo diuersorum nam diuersi
sunt fines diuersa agentia prima. Sed prin-
cipia prima extrinseca sunt eadem. omnium enim
est vnum primum efficiens et vnum finis. scilicet primum
ens. Undecimo dubitatur. vtrum ens
et vnum significet hoc aliquid et substantiam.
Arguitur quod sic. quod nisi ens et vnum significet
substantiam et hoc aliquid tunc non poterunt
poni separata et sic prima principia non essent
perpetua. In oppositum arguitur quod si ens
et vnum significaret hoc aliquid et substantiam
cuius ens et vnum predicent de omnibus sequitur
quod omnia essent substantie quod falsum est.
Ad dubium dicitur quod ens et vnum non signi-
ficat hoc aliquid et substantiam. vnum non signi-
ficat rem determinati generis sed circūit omne
genus. vnum significat substantiam et accidens
secundum quadam analogiam quod primo significat
substantiam et per consequens accidens.
Duodecimo dubitatur. vtrum substantie sint
principia. Arguitur quod non quod principiorum est
scientia sed substantie non est scientia. probatur
quod substantie sunt hoc aliquid et per se extrinse-

et sic sunt singularia. singularium autem non
est scientia ergo substantie non sunt principia.
Ad hoc dicitur quod genera et species sunt prin-
cipia cognoscendi. ut supra visum est. Ad
secundam dicitur quod licet substantie non sint sim-
pliciter vniuersales. tamen per intellectum ab-
trahentem id quod est commune a conditione
omnium individualium formatur ratio vniuer-
salis secundum quam sunt substantie intelligibiles.
Ratio ante oppositum ex dictis patet.

Queritur secundo. si ens et

vnum equiuoce dicatur ens. vtrum de omnibus
entibus esset vna scientia. Arguitur quod de omnibus
entibus dicitur equiuoce quod quod dicitur de
plumbum secundum diuersas rationes dicitur equi-
uocum. sed ens secundum diuersas rationes dicitur de
substantia et accidente que sunt per se esse et in
alio esse. Secundo quod non sufficit vna
analogie ad vnitatem scientie quod scientia
habetur per demonstratōem cuius mediū
est ratio vel diffinitio. sed analogum non
habet diffinitōem vnam ergo non est scientia
vna de analogis. Tertio sic si de omni-
bus esset vna scientia hoc esset quod reducitur
ad aliquod vnum tunc sic vel illud ad quod
reducitur est ens vel substantia. et videtur
quod substantia. quia substantia est prior pars
entis ad quam ceterae partes debent reduci.
Videtur tamen quod non quia tunc substantia
deberet poni subiectum scientie que condi-
derat de omnibus entibus. In opposi-
tum est aristoteles. pro responsione est primum
sciendum quod metaphisica considerat ens
in quantum ens siue secundum rationem
vniuersalem entis et non secundum rationem
particularem huius vel illius entis. ens
autem vniuersale ut dictum est dicitur
multipliciter. ideo videndum est an di-
cat vniuocum. an analogice ut per hoc sciat
an de omnibus possit esse scientia vna aut
non. Secundo supponitur ex quarto huius
differentia inter vniuocum equiuocum et
analogum. Tertio supponitur ex quarto
huius quod ens dicitur analogice de omnibus
bus secundum diuersas rationes non tamen
diuersas eminens sed per attributionem
ad aliquod vnum. dicitur enim substantia
secundum hanc rationem que est per se esse. de acci-
dente vero secundum hanc que est esse in alio omnia autem acci-
denta habent reductionem ad substantiam. vnum

Sicut entia que sunt etiam que. scilicet passiones sunt vel dispositioes motus vel habitus substantie que principaliter est ens. sicut est de sano et medicina que analogice dicuntur.

Prima conclusio. si ens dicat
pure equivoce de omnibus entibus non est scientia que scientia una est unum subiecti si ens dicitur refert pure equivoce non est generum unum. ergo non est scientia una et loquitur hic de genere subiecti et non predicamentum. quia ens dicitur ab analogice de omnibus entibus et per reductionem ad aliquid unum subiectum ut est declaratum ergo sequitur quod de omnibus est una scientia. Advertendum est tamen quod illud commune ad quod sit reductio omnium est ens vel unum et non refertur dicere ad quod illorum. patet quia si unum differat ratione ab ente tamen realiter conuertitur cum eo quod quidem ens est ens est unum et eodem modo. ideo non est vis ad quod illorum sit reductio. Est etiam advertendum quod sicut omnium entium est reductio ad unum ita est reductio omnium contrariorum ad unam sive huiusmodi contrarietas sive unum et plura sive similitudo et dissimilitudo sive quecumque differentie entis. Est etiam **Notandum quod sicut dictum est** unius scientie est speculari contraria. cuius ratio est quod unum contrarium se habet ut privatio respectu alterius modo privationis et habitus est eadem scientia. Sed aliquid argueret. quod non aliquando quodlibet unum eorum dicatur secundum privationem ad illud tamen quod in quibusdam est medium et in privatione oppositis non est medium ergo non semper unum contrariorum dicitur secundum privationem alterius. Ad hoc dicendum quod alio modo unum contrarium privatur alio et privatio habitus. Nam unum contrarium est privationis alterius non quod privet totam rationem sui contrarii sed quod privet rationem completam sui contrarii ubi gratia iustus dicitur qui secundum habitum virtutis est obediens legibus. in iustus autem dicitur non qui omnino caret iustitia sed qui in aliquo iustitia deficit. Et propter hoc in contraria est medium. sed privatio privatur rationem sui habitus ut cecitas privatur totam rationem visus. ideo inter privatione opposita non est medium.

Secunda conclusio. scientia
que considerat de omnibus entibus est metha.

probat quod si scientia que considerat de omnibus entibus non esset metha. tunc videretur esse phi. vel dya. eo quod secundum aliquos non ponentes nisi substantias sensibiles phi. considerat omnibus entibus. dya. etiam est scientia communis que considerat communes intentiones cuiuslibet enti applicabiles quod autem phi. et dya. non considerant de omnibus entibus. patet primo. non phi. quia phi. non considerat entia in quantum entia sed in quantum sunt coniuncta motui et quantitati sensibilibus. Dya. etiam non considerat ens et accidentia entis. sed considerat ens rationis quod per actum intellectus attribuitur rebus. unde relinquatur quod scientia considerans de omnibus entibus est metha. Ad rationes ad primam dicitur quod ens non dicitur de omnibus entibus secundum rationes penitus diversas sed per attributionem ad aliquod unum ut dictum est. Ad secundam dicitur quod analogi non est ratio simpliciter una sed secundum analogiam pro quanto est reductio plurium ad unum ad quod est reductio hoc autem sufficit ad scientiam ut dicitur in primo posteriorum si subiectum sit analogum et passio analogi. Ad aliam dicitur est quod illud unum ad quod sit reductio est ens vel unum. dicitur tamen quod duplex potest esse reductio ad unum. uno modo tanquam ad commune analogum et sic reductio omnium est ad ens vel unum. Alio modo tanquam ad principale medium et hec est reductio omnium ad substantiam tanquam ad principalem partem analogie.

Queritur tertio. An ad
metha. spectet considerari principia prima demonstrationis. Arguitur quod non quod considerari prima principia demonstrationis pertinet ad logicam illa enim disputat de principijs omnium scientiarum ergo non ad metha. Secundo omnes scientie utuntur principijs demonstrationis per ea namque stabiluntur principia omnium scientiarum. ergo considerare prima principia demonstrationis non magis pertinet ad metha. quoad alias scientias.

In oppositum est aristoteles
ad dubium ponitur conclusio. considerare prima principia spectat ad metha. in sua communitate. probatur sic quia metha. habet ea considerare in sua communitate que non

considerant in alijs sciētijs particulārib⁹ nisi
 cōtractando ⁊ applicādo ea ad aliquānt
 materiā. sed cōmūnia p̄cipia non cōsi-
 derant in particulārib⁹ sciētijs in sua cō-
 munitate sed cōtracta ⁊ applicata ad ali-
 quā materiā ut p̄t̄ primo de mathe.
 hoc enī p̄cip. ut si ab equalibus cōtra-
 demas nō si cōsiderat ab arismetica. vl'
 geo. in sua cōmunitate. s̄ cōsiderat per ap-
 plicatōez ad magnitudines ⁊ ab arismetica
 per applicatōez ad nūeros s̄ ut est
 p̄cip. prius in sua cōmunitate consideratur
 a metaphisico quod etiam p̄t̄ de sciētia
 naturali. natural' enī cōsiderat p̄cipia
 ⁊ p̄prietates ent. nō inq̄ntuz entia sunt
 s̄ inq̄ntuz mota. cōsiderare aut' p̄cipia
 enī inq̄ntū huiusmōdi spectat ad methe.
 Secūdo probat' cōclusio qz prima prin-
 cipia demōstratōis sūt digniores om̄ib⁹
 note ad hoc aut' qz sint om̄ib⁹ note oportet
 qz cōstituant' ex terminis cōmūmb⁹ cui⁹
 sunt ens ⁊ non ens equalē totū ⁊ pars. s̄
 cōsiderare huiusmōdi terminos cōmūnes
 spectat ad methe. ergo ad methe. spectat
 cōsiderare prima p̄cipia demōstratōis

Secūda cōclusio. Inter p̄-
 cipia demōstratōis est aliquod p̄cipiuz
 s̄. q̄ non cōtingit eidem ⁊ idem simul in
 esse ⁊ non esse s̄m. idē. p̄t̄ quia sicut in
 in cōplexis fit reductio v' q̄ ad aliqd' vni-
 p̄cipiuz quod in omni alio includitur ⁊
 illud est ens. ita in cōplexis est reductio ad
 aliquod primū p̄cipiuz demōstratōis
 ⁊ illud p̄cipiuz. s̄. esse ⁊ non esse eidē
 ⁊ cōstituitur ex illis. p̄t̄ qz cōstituitur ex
 istis terminis ens ⁊ nō ens. ens aut' ⁊ non
 ens sunt que primo cadūt in cōgnitione
 nostra ⁊ in omni alio intellectu ergo illud
 est primū p̄cipiuz. Unde notādū est qz
 circa primū p̄cipiuz non cōtingit errare
 ⁊ hoc in mente nec etiā primū principi-
 uz potest demōstrari simpliciter quia tūc
 demōstrat' per aliqd' prius ⁊ notus s̄
 potest demōstrari ad homines sicut aris-
 totiles demōstrat' ipsum cōtra negantes
Tertia conclusio. in deo non est compositio ex partibus quantitatis. probatur quia deus caret omni corporeitate et magnitudine. probatur quia omne quantum est in potentia ad hoc quod est esse diuisibile. sed deus nullo modo est in potentia ergo. secundo omne corporeum quantum habet materiam quia perfectio materie est forma corporeitatis. Ad quantum vero sequitur quantitas. sed probatum est quod in deo non est materia. ergo deus non est quantum.

Quarta conclusio. in deo non

est compositio ex esse et supposito. si deus est sua natura et sua essentia. pro quo est

Sciendum quod in rebus compositis ex materia et forma differunt essentia et suppositum. nam solum ea que ponuntur in differentia speciei sunt de intellectu essentie vel nature. materia autem signata vel accidentia indiuidua non ponuntur in differentia speciei. ideo non pertinet ad naturam vel essentiam. et tamen materia signata est de essentia indiuidui. vel suppositi. quia indiuiduum est per materiam signatam. sic ergo in composito ex materia et forma essentia et suppositum non sunt idem ut fortes et humanitas. si in seipso patet a materia essentia et suppositum sunt idem quia forme separate a materia sunt in subsistentes et se ipsis indiuiduantur et ita ille forme sunt supposita subsistentia. si ostensum est supra quod deus est forma tantum. ergo in deo idem est suppositum et natura.

Quarta conclusio. in deo idem

est essentia et esse. probatur quia esse est actualitatis omnis forme vel nature. ergo in deo aliquid sit essentia et esse tunc esse comparabitur ad essentiam sicut actus ad potentiam. supra ostensum est quod in deo nulla est potentia. ergo deus est sui esse. Secundo quicquid in re inuenitur propter rei essentiam aut est causatum a principiis intrinsecis sicut accidentia propria aut ab aliquo extrinseco sicut accidentia communi. si ergo in deo esse sit aliud ab essentia. aut esse est causatum a principiis intrinsecis et hoc non quia nichil est causa efficiens essentia distributa. si esse sit aliud ab eo. ergo oportet quod sit causatum ab aliquo extrinseco. sed supra ostensum est quod deus est prima causa omnium. ergo in deo esse non est aliud ab essentia.

Quinta conclusio. deus non

est in aliquo genere. pro quo est sciendum quod aliquid est in genere dupliciter. uno modo proprie et simpliciter sicut et indiuidua speciei. Alio modo reductiue sicut principia in genere principiana ut punctus et unitas in genere quantitatis. probatur conclusio. si deus non sit in genere sicut speciei. quia genus secundum intellectum prius est speciei. sed deus est quo nichil prius potest intelligi. ergo non est in genere sicut

species. Secundo in omni genere est aliquid potentiale a quo sumitur genus. et aliquid formale a quo sumitur differentia. sed in deo nulla est potentia sicut probatum est. ergo non est in genere sicut species. Tertio ea que sunt in genere conueniunt in natura et esse differt a singulis illis. ergo in officio quod est in genere differunt essentia et esse ergo deus non est in genere sicut species. et esse et essentia dei sint idem ut patet.

Sexta conclusio. in deo non est compositio ex substantia et accidente probatur. quia accidens comparatur ad substantiam sicut actus ad potentiam. vnde per ipsum accidens subiectus quodammodo est in actu. sed in deo nulla est potentia. ergo in eo nulla est compositio ex subiecto et accidente. Secundo forma simpliciter non potest esse subiectum. sed deus est forma simplex.

Septima conclusio. sicut deus non est compositus ut non potest venire in compositionem aliorum sicut quidam dicebant quod deus est forma dans omnibus esse. probatur conclusio. quia deus est causa efficiens omnium. sed forma et efficiens non coincidunt in idem numero. ergo deus non est forma dans omnibus esse.

Ad rationes. ad primam dicitur quod simplicia sunt duplicia. quedam sunt que non habent esse nisi a toto et talia sunt imperfectiora compositis. Alia sunt que habent esse proprium ut deus et substantie sepe et talia sunt perfectiora compositis. Ad secundam dicitur quod deus et deitas sunt idem secundum rem. sed differunt secundum nostrum modum intelligendi et hoc modo dicimus quod deitas est in deo. Ad tertiam dicitur quod esse capitur dupliciter. vno modo prout est actualitas essendi et sic non cognoscimus deus esse quia non cognoscimus esse dei sicut nec etiam essentiam. Alio modo capitur esse prout significat veritatem propositionis et sic cognoscimus deum esse. quia cognoscimus hanc propositionem deus est esse veram. Ad quartam dicitur quod deus non est in genere. vnde dicitur quod ratio substantie ut est genus est per se essentia tamen quod esse sit

aliud ab essentia. modo deus est sua essentia et suum esse.

Queritur octauo. Utrum deus sit suum intelligere et sua vita. Arguitur quod non sit suum intelligere quia intelligere est operatio quedam. sed operatio egreditur ab operante. nichil autem egreditur a se ipso. ergo deus non est suum esse. Secundo sic quod non sit sua vita. quia vita est eorum que mouentur. sed deus est omnino immobilis. ergo in eo non est vita. Tertio sic intelligere est operatio vite et non vita. ergo si deus sit suum intelligere non erit sua vita.

Pro responsio est primo sciendum quo ad utranque partem. primo videtur de intelligere dei. secundo de sua vita pro quo sciendum est quod ad intellectionem multa concurrunt. scilicet intelligens. res intellecta. actus intelligendi. species intelligibilis que est principium intelligendi.

Prima conclusio. deus est intelligens. probatur. quia res efficiuntur intelligibiles pro hoc quod sunt sepe a materia. sed intelligibile in actu et intelligens in actu idem sunt ut habetur. iii. de anima deus est principium et causa vniuersalis rerum. sed vnumquodque agit per suam proportionatam sue actionem. ergo oportet etiam quod in deo pre existat secundum esse vniuersale. sed nichil est vniuersaliter nisi in intellectu. ergo deus est intelligens.

Secunda conclusio. deus est suus intellectus et intellectus non est potentia addita sue nature sicut in nobis. probatur sic. si intellectus dei non esset sua essentia. si aliquid aliud preter eius essentiam tunc esset accidens. sed ostensum est supra quod in deo nullum est accidens. ergo deus est suus intellectus.

Tertia conclusio. deus est suum intelligere. patet. quia intelligere est perfectio intellectus. si ergo deus non esset suum intelligere tunc aliquid ab eo esset eius perfectio quod falsum est cum sit verus eius primum et perfectissimum. Item sicut se habet essentia ad esse. ita intellectus ad intelligere. sed essentia dei est suus esse ut probatum est. ergo etiam suum intelligere

Quarta conclusio deus non intelligit per speciem intelligibilem super addita sue essentie. sed sua essentia est sibi principium intelligendi. probatur quia species intelligibilis est principium intelligendi. esse autem dei est suum intelligere ut ostensum est. ergo si species intelligibilis sit aliud ab essentia tunc esset principium essentiale dei quod falsum est. Item si species intelligibilis sit aliud in deo ab essentia eius tunc esset accidens et copatur ad essentiam dei sicut actus ad potentiam que omnia sunt falsa.

Quinta conclusio illud quod per se primo intelligit a deo est sua essentia. probatur quia illud per se intelligitur cuius est suum intelligere. sed ostensum est quod essentia est species intelligibilis et principium intelligendi ergo quod primo intelligitur a deo. est sua essentia. Alia autem cognoscuntur a deo pro quanto omnia sunt in deo sicut in causa. modo causa cognoscatur effectus ideo cognoscendo se cognoscit alia. Ex dictis patet quod idem sunt in deo intelligens et intellectum et species intelligibilis et quod primo intelligitur. Secundo patet quod se ipsum perfectissime intelligit quia in deo sunt penitus idem intellectus et quod intelligitur. Notandum quod viuencia dicunt que se ipsis mouentur ad aliquos motus vel operationes. capitulum que mouentur ab alio mouere ad suas operationes non dicuntur viuencia.

Sexta conclusio deus est viuens. probatur quia illa dicuntur viuere que se ipsis mouentur ad aliquos motus vel operationes. sed deus ab alio non mouetur sed a se ipso ad suas operationes que sunt intelligere et velle. ergo etc. Secundo sic omnia que sunt perfectionis in rebus attribuenda sunt deo. sed viuencia sunt perfectiora non viuentibus. ergo deo attributa est vita.

Septima conclusio deus est sua vita. probatur quia intelligere est vita sed deus est suum intelligere. ergo sua vita. Secundo. vita et viuere non differunt nisi sicut abstractum et concretum. viuere autem viuentibus est esse. u. de anima. sed deus est suum esse. ergo deus est suum viuere

et sua vita. Ex quo patet quod vita dei est optima. quia vita est secundum intellectum. deus autem solum viuere vita intelligibilis et est primum intellectus omnium. ergo vita sua est optima.

Ad rationes ad primam dicitur quod viuere est operatio inmanens et non transiens in materiam extrinsecam. unde operatio inmanens est duplex. quedam est in se subsistens et illa est eadem cum operante. Alia est non per se subsistens sed est actus operantis et illa non est eadem cum substantia eius. Ad secundam dicitur quod motus accipitur dupliciter. vno modo ut idem est quod actus entis in potentia et hoc modo deus est omnino immobilis. Alio modo capitur motus prout velle et intelligere dicuntur motus et sic deus se ipsum mouet. Ad tertiam dicitur quod intelligere quod est accidens mouens non est vita eius nec est etiam operatio eius vitalis quale est intelligere nostrum. sed intelligere in se subsistens quod est substantia intelligens. est vita eius cuius est intelligere dei.

Queritur nono. Utrum sit tantum unum principium primum simpliciter. Arguitur quod non. quia aut principium dicitur unum prout unum est principium numeri. aut unum quod conuertitur cum ente. non primum. quia huiusmodi unum pertinet ad genus quantitatis. primum autem principium caret omni quantitate ut dictum est. nec unum quod conuertitur cum ente. quia huiusmodi unum dicitur priuationem. sed priuatio non conuenit principio. ergo primum principium non potest dici unum. Item nichil prohibet aliquid esse sine eo quod non est de ratione sui. sed habitudo ad causas non est de ratione entis. ergo multa sunt etiam sine habitudo ad causas. ergo non est unum primum principium omnium. Item contraria non videntur reduci ad unam causam. sed in rebus inueniuntur multa contraria etiam. ergo omnium non est una prima causa. In opus positum est aristotelem pro responsione. Est primum **Sciendum quod circa veritatem** primum principii triplex fuit opinio falsa. Prima fuit ponentium principium materia et non causas efficientem et istorum quodam

Alia est opinio empedoclis ponentis quatuor principia materialia. scilicet quatuor elementa et duo efficientia. scilicet licet et amicitiam. et in idem reducitur opinio pitagore ponentis duo principia. scilicet summum bonum quod est causa omnium bonorum et summum malum quod est causa omnium malorum. Tertia sunt opinio dicentium duo esse principia. scilicet efficientes et materia ita tamen quod causa efficiens non erat causa materialis. In probatio huius opinio nis patet ex probatio de sede conclusionis.

Notandum quod primum capit dupliciter. uno modo simpliciter. alio modo in ordine vel genere cause. Prima conclusio. plura sunt principia in aliquo genere vel ordine cause scilicet quod sunt plura genera carum. patet quod est dare materia prima simpliciter que est tamen in potentia etiam est dare prima foras ut esse quod est primum inter omnes foras quod tamen propria foras dependet effectus a primo. et ideo non sunt plura principia simpliciter.

Secunda conclusio. tantum est unum primum principium simpliciter. probatur sic ex perfectio de primi principii quod si essent plura prima principia oporteret ea in aliquo differre. aut ergo illud in quo differunt esset privatio aut perfectio. non privatio quia privatio et defectus non conveniunt primo principio nec perfectio quod perfectio de esset primo principio unde non potest aliquid perfectio convenire unum principiorum que non convenit alteri. Secundo probatur conclusio ex simplicitate primi principii. nam illud per quod aliquid est. hoc aliquid et singulare non est communicabile multis sicut illud per quod fortes est fortes. non est multis communicabile. sed in deo idem est suppositum et natura. ergo primum principium quod deus est tamen est unum. Alia ratio aristoteli. summum ex eo quod unum est melius regit per unum quam per multa. dicit enim aristoteli. in fine huius quod contra non voluit dicitur per male nec voluit pluralitatem principiorum nam pluralitas principiorum mala. unus ergo princeps.

Ad rationes. ad primam dicitur quod de primo principio dicit unum quod conuenitur eum et ad probationes dicit quod licet privatio non conveniat secundum rem primo

principio tamen convenit ei secundum modum apprehensionis. non enim cognoscimus deum nisi per vias negationis et privationis. unde dicitur de deo quod est immensus incorporeus. Ad secundam dicitur quod licet habitudo ad causam non sit de ratione entium consequitur tamen naturam entium nam unum quod dicitur causatum per principia tamen habitudo habet ad causas. Ad tertiam dicitur quod malum non habet veram causam sed privatio recte habitudo et sic non habet causam nisi per accidentem quod scilicet malum convenit propter intentionem agentis. dicit etiam quod non est summum malum. quod malum semper saluatur in bono. Ad quartam dicitur quod contrarii effectus reducuntur ad principia contraria et diversa propria. sed tamen reducitur ad unum primum ad quod omnia reducuntur.

Queritur decimo. Utrum sint ponende plures substantie sepeate intellectuales. Arguitur quod non quod numerus causatur ex divisione continui sed in sepeate non est quantitas ergo nec numerus et sic non sunt plures substantie sepeate. Secundo sic in non habentibus materia non est pluralitas nisi secundum causam et causam ut voluit privatio. sed una substantia non est causa alterius ut tenet fides catholica. ergo non sunt plures substantie sepeate saltem create. Tertio sic. si essent plures substantie sepeate pluralitas earum acciperetur secundum pluralitatem motuum et mobilium hoc autem non est necessarium primo quia omnis motus potest causari a primo principio. ergo non est ponenda pluralitas substantiarum intellectibilium secundum pluralitatem motuum. Etiam quod secundum opinionem monachorum doctorum antiquorum. qui ponunt plures substantias intelligibiles quam sint motus vel mobilia. In oppositum est aristoteles pro responsione est.

Secundum primo quod sicut dicitur est in precedenti questione tantum est unum primum principium hoc est prima substantia intelligibilis sepeata. et tunc queretur utrum preter istam sint alie substantie sepeate intellectuales que sint create a prima et quo ad hoc videtur dicere aristoteli. quod pluralitas substantiarum intellectibilium accipitur secundum numerum et pluralitatem sepeate. Aristoteles. Arguit enim sic. preter

primum motum. f. diurnus quo mouet
prima sustatia. sunt alij motus corporu
celestium sempiterni. huiusmodi autem
sunt a mouentibus sempiternis. ergo pre
ter substantiam immobilem et sempiter
nam necesse est esse plures substantias se
peratas sempiternas et sine magnitudi
et confirmatur quia substantie sepe
sunt fines mobilium corporum celestiu
ergo tot sunt substantie sepeperate quot sunt
motus corporu celestium. Si eniz essent
pauciores tunc alijs motus careret suo
fine. Ex quo patz qd secundum ordinem
corporum celestium in dignitate et per
fectione est etiam ordo substantiaru se
peratarum que sunt motrices orbium
et sicut orbis superior est perfectior inferiori
debe. ita substantia motrix orbis superio
ris. cum aures quatur de numero spe
rarum celestium et consequenter substan
tiarum intellectabilium. Respondetur qd
secundum pbilo. octo sunt spere celestes
f. stellata que secundum ipsum est pri
mum mobile et septem planetarum. tamen
theodosius ponit tres speras ad saluan
dum motus solis. et ad saluandum mo
tus lune tres. et cuiuslibet alioru pla
etarum attribuit tres speras. et sic erunt. xii. car
pbius vero ponit. xl. vii. etiaz isti pbilo.
nouit saluauerunt motus solis in ecetricis
et aliorum in epicyclis. et has positiones
videtur insequi aristo. et secundum ipsum
quot sunt celestes spere. tot sunt substantie
intelligibiles motrices illar speraru. et hec
est responsio aristo. Sed contra ipm
Ponitur conclusio. multitudo
substantiarum intellectabilium non capi
tur secundum multitudinem sperarum
celestium. primo quia preter motrices
substantias orbium sunt plures alie. pro
batur quia substantie sepeperate in gradu
et perfectione excedunt substantias corpo
rales. inueniuntur autem quedam sub
stantie intelligibiles que vniuntur corpo
ralibus sicut forma materie sicut anima
rationalis que non dependet secundum
esse a corpore possunt etiam inueniri sub
stantie intelligibiles que non vniuntur si
cut forā materie sed sicut motor mobile
ideo possunt inueniri ad huc substantie

intelligibiles nobiliores que vniuntur
corpore nec sicut forma materie nec sicut
motor mobili et iste sunt intelligibiles sit
periores perfectiores que non vacant
circa motus celestes sed circa speculatio
nem et contemplationem.

Ad rationes ad primam di
citur qd vnum quod est principium nisi
meri non dicitur de substantijs intellec
tibilibus sed vnum qd conuertitur cum ente
et ille numerus qui est quantitas non in
uenitur in substantijs sepeperatis. quia cau
satur ex diuisione continui. sed in eis est
multitudo transcendens. Ad secundam
dicitur qd maior illius rationis procedit
secundum opinionem auicene qui po
nit qd prima substantia creat secundam
et secunda tertiam sed negatur. illa maior
et dicitur qd in sepeperatis a materia est mul
tudo secundum diuersos gradus per
fectionis. Ad tertiam conceditur ratio
secundum qd arguit omnes motus possunt
causari a prima causa siue a prima intel
ligentia siue a primo principio circa hec
opinio auicene est qd primus motor a quo
omnes alij dependunt habeatur pro causa
primum principium immaterialium sub
stantiarum qui motus primus mobilis non
est a primo principio sed a prima intelli
gentia creata et consequens motus cause
tur a secunda et sic de alijs et huius opi
nionis est albertus Et sanctus doctor di
cit qd motus primi mobilis fit a primo
principio siue a prima intelligentia non
creata que deus est vt sit conuenio substan
tiarum sepeperatarum intellectabilium. et corpo
ralium quia sicut primus mobilis per
suum motum est causa omnium corpo
ralium. ita causa motorum eius est causa sub
stantiarum sepeperatarum. corpora autem
inferiora habent motores sibi proprios etc.

Queritur vndecimo. An
in substantijs sepeperatis sit multitudo in
diuiduorum sub vna specie. Arguitur qd
sic. quia sicut intelligentia est forma sim
plex ita anima sed sunt multe anime eiusdem
speciei numero differentes. ergo ibi erunt
plures intelligentie vnius speciei. Secundo
sic. rationabilis est meliora etia multiplicari

sed in istis inferioribus reperitur mul-
tudo indiuiduorum sub vna specie. er-
go in intelligentijs separatis. Item
intelligentia que creata est componitur
ex actu et potentia sicut ergo in compositis
ex materia et forma ex diuersitate materie
sumuntur distinctio sine numeru ita in an-
gelis ex diuersitate potentie sumuntur dis-
tinctio sine numeru. ergo in eadem specie
poterunt esse plura indiuidua distincta per
potentias sicut in rebus materialibus sunt
plura indiuidua distincta per materiam.

In oppositum arguitur. quia omnis
multitudo indiuiduorum sub vna specie
est propter materiam. diuersitas autem secundum
formas inducit diuersitatem speciei. sed
substantie sepe sepe non habent materiam
quod sit pars sui nec habent materiam cui vni-
antur. ergo in eis non est pluralitas indi-
uiduorum sub vna specie.

Pro responsione est prior sciē
dum quod in substantijs sepe sepe impossi-
bile est esse pluralitatem indiuiduorum vni-
speciei sed sunt tot species quot sunt substan-
tie sepe sepe. probatur quod substantie sepe sepe
sunt quiditates subsistentes specie vel in
se. ergo cum distinctio explicet quiditatem
rei sequitur quod substantie sepe sepe sunt species
in se subsistentes. ergo in ipsis non est plu-
ralitas indiuiduorum sub vna specie. Se-
cundo sic. vbi cum est pluralitas indi-
duorum oportet quod sint corruptibilia vt il-
lud quod non potest saluari in vno indi-
uiduo saluatur in pluribus. vnde propter
hoc in corporalibus celestibus que incor-
ruptibilia sunt non est nisi vnicuius indi-
uum vni specie. Ad id est etiam ratio
post oppositum. Sed si dicatur hoc positio
fauet articulo pariter. eodem modo quod di-
citur quod dicere quod deus non possit plures ange-
los eiusdem specie facere error est propter dictam
opinionem sustinendam respondetur quod de-
bet sic intelligi articulus. dicere quod deus
non facere possit plures angelos eiusdem
specie et hoc sit ex impotentia dei. error est
et hoc modo non conceditur. vnde magis
recte dicitur hoc modo loquendi. quod non possit
fieri plures intelligentie sub vna specie
quia non est factibile. Hec autem dicta sunt
probabiliter. qualiter autem possit fieri multi-
tudo specierum sic considerandum est. Nam
in separatis substantijs est compositio ex

actu et potentia vt postea patebit et sic sunt
diuersitate primordis ex actu et potentia
diuersitas specierum et sic est diuersitas in gradu
perfectioris et per consequens diuersitas specierum

Ad rationes ad primam di-
citur quod non est simile de intelligentijs et
de anima. intelligentie enim non habent
materiam tanquam partem sui vnde ex
multitudine corporum est multitudo ani-
marum sine diuersitate secundum speciem
que ad huc remanet corrupto corpore.
Ad secundam dicitur quod maioris perfec-
tionis est multitudo specierum quam in-
diuiduorum. in substantijs autem sepe sepe
est multitudo specierum. Ad ter-
tiam dicitur quod multitudo indiuiduo-
rum est per materiam quantitate diuisam
sed nec materia nec quantitas est in sub-
stantijs sepe sepe. licet in eis sit potentia
ista tamen non facit multitudinem indi-
uiduorum vt patet ex dicendis.

Queritur duodecimo. An
substantiarum intellectibilium creatarum
sit compositio. Arguitur quod sint compo-
site ex materia et forma quia omne quod
est in genere. sicut species habet genus et
differentias sed genus sumitur a mate-
ria. differentia vero a forma. ergo substantie
intellectuales create sunt in genere substantie
ergo sunt compositae ex materia et forma
Item in substantijs intellectualibus reperuntur
proprietates materie. ergo in ipsis est mate-
ria vt recipere pati. Tertio forma et actus
idem sunt. si ergo substantie intellectuales
non essent compositae ex materia et forma
sed tantum essent forme. sequitur quod vna-
quodque earum esset actus purus quod falsum
est quod solus deus est actus purus. Quar-
to sic. forma simpliciter limitatur per ma-
teriam et sic forma que non est recepta in
materia est infinita. Si ergo substantie in-
telligibiles essent forme tantum non recepte
in materia tunc essent infinite quod falsum est

In oppositum est aristoteles. ponens illas
substantias. scilicet materiales sic magnitudi-
ne. Pro responsione supponitur ex aliis dic-
tis quod sex modis sit compositio.

Prima conclusio. Substantie
intellectuales compositae non sunt ex ma-
teria et forma. probatur quod nichil est in genere
k 11

vel specie quin prius fuerit in individuo
 si ergo substantie intellectuales essent com-
 posite ex materia et forma tunc essent com-
 posite ex hac materia vel illa. et ita ex ma-
 teria signata hoc autem est falsum ex natura
 obiecti intellectus. nam forme intellectu-
 ales per hoc efficiuntur actu per hoc quod sunt
 separate a materia. sed forte intellectuales
 sunt eiusdem nature cum intellectu. ergo
 cum intellectus non sit separatus a ma-
 teria relinquatur quod substantie intelligibiles
 create non habent materiam tanquam
 partem sui nec sunt unibiles materie sed
 sunt per se subsistentes in quo differunt
 ab anima quia anima est forma unibilis
 materie veritamen non unitur materie
 secundum paritatem intellectualem. per vlti-
 miter quod intelligente create et anima huma-
 na specie differunt. nam substantie intel-
 lectuales habent esse in natura completum
 anima autem humana et si sit in se subsis-
 tens non tamen habet esse completum
 in specie sed ipsa est pars speciei.

Secunda conclusio. Substan-
 tie intellectuales non sunt composite ex
 partibus quantitatis per quia quicquid
 est quantum habet materiam quia quan-
 titas insequitur materiam et etiam for-
 mam corporitatis qui est actus primi
 materie per precedentem conclusionem
 substantie intellectuales non habent ma-
 teriam. ergo non sunt composite ex par-
 tibus quantitatis. ex prima et secunda
 conclusionibus per quod substantie intel-
 lectuales sunt incorruptibiles quod non habent
 materiam subiectam contrariis.

Tertia conclusio. in substan-
 tijs intellectualibus non est compositio
 ex natura et supposito. probatur quia in
 omnibus habentibus formam in mate-
 ria individuatio fit per materiam signatam
 materia autem non est de ratione speciei vel
 nature. ergo in habentibus formam in
 materia natura et suppositum differunt
 in seipatis autem a materia sunt idem natura
 et suppositum quod in seipatis a materia
 ipse forte sunt per se subsistentes et sic se ipsis
 individuatur. si ergo forme intellectuales
 sunt forme separate a materia sequitur quod in
 eis sunt idem natura et suppositum.

Notandum quod sanctus Tho-

mas dicit in aliquibus passibus quod in omnibus
 in quibus sunt accidentia non sunt peritus
 idem natura et suppositum. Cuius ratio est quod
 suppositum habet aliquid preter naturam cuius
 ergo substantie intellectuales habeant acci-
 dentia sequitur quod in eis non sunt peritus idem
 natura et suppositum.

Quarta conclusio. in substan-
 tijs separatis est compositio ex esse et essentia
 ita quod non sunt unius esse. probatur quod omne
 quod est unius esse necesse est esse simpliciter
 sed solum primum esse necesse est esse simpli-
 citer. ergo substantie intellectuales non sunt
 unius esse. Secundo sic illud quod conuenit
 rei per aliud non est natura vel substantia
 rei sed esse conuenit substantijs separatis per
 aliud nam habet unius esse a primo alioquin
 non essent create. ergo in eis esse non est na-
 tura vel substantia rei. Ex conclusione ista
 sequitur quod in rebus intellectualibus est compositio
 ex potentia et actu. per quod inest compositio
 ex materia et esse si esse comparatur ad
 naturam sicut actus ad potentiam quod recipiens
 est in potentia ad illud quod recipit. natura
 autem habet ut recipiens. esse ergo in eis est
 compositio ex actu et potentia vel ut quidam
 dicunt ex quo est et quod est. quod est. est na-
 tura quod est esse.

Notandum quod esse in substan-
 tijs intelligibilibus potest dupliciter consi-
 derari. uno modo ut dependet efficienter a pri-
 ma causa et sic esse est in natura
 vel essentia et se habet ad naturam sicut actus
 ad potentiam et se habet ad naturam ut actus
 ad potentiam. Alio modo ut sunt a natu-
 ra vel essentia angelorum et quia forma est que
 dat esse cuius natura substantie intelligibilis
 sit iura ad eam esse sequitur. unum hoc esse se habet
 ut formalis est. eius nature vel essentie sicut
 enim ad formas que est actus materie. sequitur
 esse et illud esse est suppositum quod est in se
 subsistentes. ita formas in se subsistentes sequitur
 esse et esse est receptum in boni forma sub-
 sistere. Notandum quod in substantijs intel-
 lectibilibus est compositio ex genere et differentia
 probatur quod omne ens creatum cuius sit finitus
 limitibus determinati generis est in genere sed
 substantie intellectuales sunt finite ergo
 sunt in genere et non sicut principia quod sunt na-
 ture complete. ergo sunt species. si species com-
 ponitur ex genere et differentia. ergo etc.

Nota dum ulterius q non
 eodem modo sumitur genus 7 differētia in substantijs intellectualib⁹ 7 in materialib⁹. nam in mater. albus genus 7 differētia summuntur a part b⁹. i. gen⁹ 7 materia. differētia vero a forma. sed in substantijs seperatis genus 7 differētia summuntur ab vna simplici materia. cuz ergo genus et differētia sint predicata substantiālia significantia naturaz oportet q summantur ab aliquo qd est natura vel pars nature. ex hoc patz q nec genus nec differētia summuntur ab esse. quia esse est aliud ab essentia siue natura angeli. Sed queritur qualiter genus 7 differētia summuntur ab aliquo simplici. ad hoc dicit q substantia intelligētie cōsideratur dupliciter. vno mō fm illud per quod conueniūt cuz alijs substantijs intellectualib⁹ 7 sic ab ea summuntur genus. alio mō cōsideratur substantia intelligētie fm q est cōstituta in certo gradu entitatis 7 sic ab ea summuntur differētia.

Ultima conclusio. in substā
 tiji intellectib⁹ lib⁹ est compositio ex ubi lecto 7 accidere patz quia substantia intelligibilis creata non est suuz intelligere 7 sic nec sua strētia ymo strētia 7 intelligere sūt accidētia vt postea patebit. ex dictis patz q substantie intelligibiles sūt simplices substantijs materialibus.

Ad ratōes ante opposituz
 ad primā dicit q in substantijs intellectualib⁹ gen⁹ nō sumunt a materia nec differētia a forā. sed summunt a nā simplici vt declaratiū est. Ad secūdz dicit q recipere 7 pati equooc reperitur in substantijs mālib⁹ 7 intellectualib⁹. mā enim recipit forāz vt per eam pficiatur in aliq natura vel spē. s forā intelligibil⁹ est in intellectu nō vt intellectō qdaz ducēs ad rei cognitōez. Ad tertiā dicit q hez forma intelligibil⁹ sit forā tm non sequitur q sit actus pur⁹ eo q huiusmodi forā est recipiēs esse 7 comparat ad esse sicut potētia. Ad qrtaz dicit q substantie intellectuales create mediomodo se habēt inter primū ens qd ē de⁹ 7 substantias māles qruz ad finitū 7 infinitū. qz substantie māles sunt finite supius 7 inferi⁹ sunt finite superi⁹ p quāto mā finitū 7 h

mitatur per forāz quā recipit. 7 finite inferi⁹ pro quāto forē māles finunt 7 limitant per māz. Primū vero est infinitū superi⁹ 7 inferi⁹ qz est summū nec recipit in aliq mā a qua limitat nec ē susceptiuuz alteri⁹ substantie. vñ substantie intellectuales sūt finite inferi⁹ pro quāto sunt forē nō recepte in mā a qua limitant s sunt finite superi⁹ qz esse eaz recipit in aliq natura.

Queritur tertio de cō. Vtrū
 cognitō substantie intelligibil⁹ sit discursiua aut per modū cōpositōis aut diuisiōis aut p modū simplicis intelligētie. Arguitur pūo q sic per modū cōpositōis qz substantia prima cognoscit enūtabilia alias cognitō ei⁹ non esset pfecta s enūtabilia nō cognoscunt nisi p modū cōpositōis 7 diuisiōis. Secūdo sic q sit discursiua. qz dicit. u. thopt. cōtingit plra scire vñ vero intelligere 7 cognitō primū nō ē in habitu s in actu. ergo nō omnia siml cognoscunt s vñ post aliud s hoc ē discurrere de vno in aliud. ergo est discursiua. Tercio sic. priā causa cognoscit effectū 7 cānt s tal cognitō est discursiua. In oppo. est pbulo. in hoc. xii. d. q aut ē modū simplicis intelligētie at p modū cōpositōis 7 diuisiōis. si nō sit p modū diuisiōis 7 cōpositōis mltō m⁹ erit discursiua. Pro respōsione supponit q triplex est opatio intellect⁹. i. simpliciu ap pbentō. cōpositio 7 diuisiō. 7 discursus.

Prima conclusio. de siml
 oia intelligit. pbat. qz quicqd plura intelligit per vñā spē illa possunt siml intelligi s deus intelligit omnia per vñā spē. i. per essentiam suam. ergo.

Secūda cōclusio. deus non
 intelligit per modū cōpositōis 7 diuisiōis. pbat qz deus sua essentia oia intelligit. s sua essentia ē simplex 7 indiuisibil⁹ 7 eaz intelligit sicut ē. ergo non intelligit per modū cōpositōis 7 diuisiōis s per modū simplicis intelligētie.

Secūda cōclusio. cognitio
 dei nō est discursiua. qz non ē nisi duplex discursus. vñ est fm successioēz tm quo vñ post aliud intelligit vt cuz prius intelligit homo 7 postea asinus. Alius est fm

causitas fm que prius cognoscitur quā effectus vt ē in p̄cessu p̄cipioꝝ ad cōdusionē. Nam aut̄ discursus non est in deo qz om̄ia sim̄l̄ intelligit 7 non vnum solū per aliud vt p̄batum est. Secūsus etiam non est in deo quia secūsus p̄supponit primum. tamen quia illius discursus est de noto ad ignotus. est enī acci/dēs in effectus q̄ cause sunt prius notē q̄ effectus. vnde effectus sūt notī in t̄rmi/ no discursus. non enī effectus cognoscitur in causa in tali discursu. sed intelligit in causa per resolutionē effectus in causam. cum ergo deo nichil sit ignotus sed omnia intelligit 7 de omnib⁹ habz scientiaz. sequitur qz eius cognitō non est discursiua sed simplicis intelligentie.

Ad rationes ad primaz dicitur qz deus intelligit imaterialiter materialia 7 composita mō simpliciter. itelligit enuntabilia per modum simplicis intelligentie. s. intelligendo suam essentiam que est similitudo omniū 7 est simile. nam sicut intellect⁹ human⁹ qd dicitate sua itelligit om̄ia que insunt tibi vt puta q̄ est rationalis q̄ est susceptiuus diuapline sic deus intelligit vnum cum alio non componendo sed simpliciter intelligentia.

Ad secūdam dicitur qz non contingit plura per plures spēs intelligere. s̄ bene contingit plura per vnaz sp̄ciem itelligere 7 illa plura que sunt sub vnica forā per eandē sp̄ciem itelliguntur. sed deus simplici intellectu om̄ia intelligit per suam essentia. Ad tertiam dicit qz deus ex causa nō discurret in effectus. sic qz pri⁹ cognoscat causam quam effectum. sed sim̄l̄ itelligat causas 7 effectum.

Queritur quartodecimo

Utrum substantia intelligibilis creata sit suum intelligere 7 sua potentia intellectuali. Arguitur qz sit suuz intelligere. quia si extrema sint vnuz media inter illa extrema erunt eadem cum extremis. sed intelligere est mediuz inter itelligens 7 intellectum sed itelligens in substantia intellectuali est idēz cum intellectu. ergo 7 suam intelligere est idem. Secundo sic substantia intellectualis simplicior est intellectu a gente sed intellectus a gens est sua

operatio vt dicitur. iii. de anima. ergo substantia intellectualis creata. Tertio sic. qz sit potentia intellectualis quia nisi sit cum substantia seperata sit simplex forā oporteret ipsa m̄ esse subiectus accidentiū quod est falsus. quia dicit boetius. qz forma simplex subiectum esse non potest Quarto. forma seperata simplicior est materia prima sed materia prima est sua potentia. ergo substantia intellectualis est sua potentia intellectualis. In oppositū arguitur ex dicens aristotilis in hoc duodecimo quiloquēs de prima substantia que deus est dicit ipaz esse intelligere suū 7 dicit qz in omni alio differt substantia 7 intelligere. Pro responsione est primo

Sciendum qz circa operatōem

intellectus concurrūt quinqz. s. substantia itelligens. suum intelligere. potentia intellectualis. intellectum. 7 ip̄ctus intelligibilis. Nunc autēz videbitur de tribus primis comparando vnum alteri. post vid. b. f. de sp̄e intellectuali 7 de re intellectuali

Prima cōclusio. substantia

intelligentie create non est suū intelligere probat. qz si substantia intellectualis create nō differet a suo intelligere tūc huiusmōdi intelligere essz subsistēs 7 vnuz sicut color si esset seperatus nō essz nisi vn⁹ color. ergo si substantia itelligēte esset suuz itelligere tūc non differet a prima causa.

Secunda cōclusio. esse sub

stantie seperate non ē suū itelligere sicut nec vniuersali esse alicui⁹ creati est actio sua probat qz vt habet nono methē physice duplex est actio. s. immanēs 7 trāsiens si nulla hāz est esse rei. ergo probat de trāsiēte. qz talis trāsit in māz exteriorem. esse aut̄ rei māet in re. Similiter probat qz actio immanēs non sit suū esse. qz esse rei est finitū. a quo aut̄ immanēs est infinita vniuersal' simplicif. sicut itelligere 7 velle q̄ extēdunt ad om̄ia euz veruz 7 bonuz sint eoz obiecta q̄ cōuertunt euz ente vel secundum quid. vt sensus que extēdit ad infinita secundum quid.

Tertia cōclusio. substantia

intelligēte create nō est sua potētia intellectuali p̄t̄z qz potētia fm̄ id quod est. est

Ad actū 7 ideo potentie distinguuntur per actū 7 ideo actus in ratione proprii actus est in propria potentia, sed substantia intelligente create 7 sua potentia intellectiva ordinantur ad diversos actus, substantie enim intellectuales ordinantur ad esse sicut potentia ad actum, 7 potentia intellectiva ordinatur ad intelligere, esse autem 7 intelligere distinguuntur realiter ut patet.

Quarta conclusio. in intelli-

gentis creatis non oportet ponere intellectum agentem 7 possibilem, probatur quia hac necessitate ponitur in nobis intellectus possibilis, quia quandoque sumus actu intelligentes, quandoque in potentia sed intelligentie sunt actu intelligentes ea que cognoscunt naturaliter. Similiter hac necessitate ponitur in nobis intellectus agens quia intelligibilia non sunt nobis actu intelligibilia nisi per actum in intellectus agens, sunt enim sensibilia 7 materialia, intelligibilia autem ab istis substantiis intellectibilibus sunt actu intelligibilia secluso quodcumque cum sint in materialia, unde non oportet in eis ponere intellectum agentem aut possibilem nisi utramque nominibus equivoce, patet enim quod in eis ponende sunt potentie intellectue sicut intellectus 7 voluntas, sed non potentie organice sicut vegetative 7 sensitive quia intelligentia non est unita corpori sicut anima nostra.

Ad rationes ad primas di-

atur quod duplex est actio quedam est transiens in materiam extrinsecam 7 talis est medians inter agens 7 patiens, alia est immanens 7 talis non est media nisi secundum modum sicut intelligere non est medium inter intelligens 7 obiectum. Ad secundam dicitur quod cum dicitur, in de anima quod substantia intellectus agens est sua actio, non est predicatio formalis, sed hoc est per concomitantiam quandam quod cum intellectus agens sit actus semper poterit habere suam actionem, non autem sic est de intellectu possibili. Ad tertiam dicitur quod forma que est actus purus non potest esse subiectum accidentis quia subiectus accidentis comparatur ad accidentis sicut potentia ad actum. Ad quartam

dicitur quod non est simile quia materia prima 7 sua potentia ordinantur ad actum substantialem ideo sunt eiusdem generis actus autem 7 potentia sunt eiusdem generis non sequitur si materia sit sua potentia quod potentia intellectiva sit sua actus sicut operatio.

Queritur quintodecimo

Utrum substantie intelligibiles intelligant acceptas a rebus sensibilibus. Arguitur quod non intelligant per species, sed per suam essentiam quia secundum aristotem, in anima in seipatis a materia ideo est intellectus in actu 7 intellectum in actu 7 non nisi quia per suam essentiam est intellectus in actu, ergo sequitur quod intelligat per suam essentiam. Secundo sic quod intelligat per species a rebus acceptas quia omnis species est causa rei vel a re causata, ergo species per quas intelligunt substantie intelligibiles create sunt causa rei vel causata a re maior patet quia alias non esset assimilatio que requiritur inter speciem 7 illud cuius est species. Item lumen intellectus intelligentie tortus est lumine intellectus agens, sed lumen intellectus agens potest abstrahere a rebus sensibilibus, species ergo 7 intellectus substantie separe. In oppo. stat veritas ut statum autem erit per quod est

Sciendum quod ratio siue principium

intelligendi est forma potentie in intellectu. Secundo supponit quod ad hoc quod potentia complete terminetur per formam oportet quod sub forma continentur omnia ad que se extendit huiusmodi potentia, 7 ideo potentia materie in rebus naturalibus non est terminata per formam quod illa potentia non solum se extendit ad unam formam sed ad plures. Ad hoc sequitur quod ad hoc quod forma sit principium 7 ratio intelligendi ut in intellectu substantie separe create oportet quod sub ipsa continentur omnia que cadunt sub potentia intellectiva intelligente.

Ponitur igitur conclusio

intelligentia non omnia intelligit per suam essentiam ut patet ex dictis quod oportet quod sub forma vel sub ratione intelligendi continentur omnia ad que se extendit sua potentia intellectiva, sed sua potentia intellectiva se extendit

ad omnia quae obiectus eius est ens et verus in vniuersali et non omnia comprehendunt in essentia substantie create cuius sunt determinate ad genus et species. ergo essentia substantie create non est principium sufficiens et ratio intelligendi. Ex quo patet quod substantia sepeperata creata intelligit per species intelligibiles sibi additas.

Secunda conclusio. Substantie sepeperate non intelligunt per species a rebus acceptas sed per species sibi infusas a deo. probatur quia sicut intelligibilia cognoscuntur per intellectum. ita sensibilia per sensum sed intelligentie non habet sensum cuius non sint in corpore et species non possunt accipi a rebus nisi per medium sensuum. ergo non recipiunt a rebus species. Secundo modus operandi proportionatur modo essendi sed intelligentie sunt sepeperate a corpore. ergo in modo intelligendi non videtur corpore nec tanquam instrumento nec tanquam abiectio sed species sensibiles non sunt nisi in corporibus. ergo non intelligunt per species acceptas a rebus sensibilibus sed per species infusas a deo. Ex dictis patet quod intellectus intelligentie create medio modo se habet inter intellectum humanum et diuinum quantum ad modum intelligendi nam intellectus diuinus non intelligit per aliud quam per suam essentiam. sed intellectus humanus intelligit per species superadditas sue essentie que quantum ad species recipiuntur a sensibilibus unde scientia hominis causatur a rebus. intellectus vero substantie sepeperate create intelligit per species superadditas sue essentie non tamen a rebus acceptas et sic scientia intelligentiarum non est causa rei nec a re causata

Ad rationes ad primam dicitur quod intellectus in actu et intellectus in actu sunt idem per speciem non quod ipsa species sit substantia intellectus sed quia est forma intellectus et sibi vnita sicut actus potentie. Ad secundam dicitur quod talis species non est causa nec a re causata sed cum dicitur quod tunc non est similitudo rei dicitur quod aliqua similia dicuntur dupliciter. vno modo quia vnus est cau-

sa. et aliud causatum et sic species in intellectu humano assimilatur rebus et intelligentie diuino conuerio. Alio modo quia res producitur ab eodem agente et producente. similes enim formas dedit rebus per quas subsistunt in intellectu et per quas intelliguntur. Ad tertiam dicitur quod non abstrahuntur species nisi per medium sensus et ymaginatio sed non sic sunt in intelligentijs nec hoc arguitur imperfectonem in sepeperatis sed magis perfectionem.

Queritur septodecim. Vtrum substantia intelligibilis quandoque intelligit in actu quandoque in potentia. arguitur quod sic quia vnusquodque operatur secundum modum sui sed ipsa est in potentia et potentie admixta. ergo quandoque intelligit in actu et quandoque in potentia. In oppositum est probatum pro responsio est primo. **Sciendum quod dupliciter potest intelligi quod intellectus sit in potentia vt dicitur .ii. de anima.** vno modo quantum ad actum primum. alio modo quantum ad actum secundum. puta considerare secundum illum habitum vel spem. tunc dicitur quod intellectus substantie sepeperate est in potentia ad actum secundum. et non ad actum primum. probatur sic quia sicut est in corporalibus ita est in intelligibilibus sed reperiuntur quedam corpora que semper habent formam in materia et non habent potentiam ad aliam sicut corpora celestia et quedam sunt que nondum habent formam in materia sed eam habebunt per transmutationem vt generabilia et corruptibilia. ergo in intelligibilibus est aliquis intellectus qui semper erit in actu secundum illas species sicut intellectus substantiarum sepeperatarum. et aliquis intellectus qui nondum habet species sed eas acquirit sicut intellectus humanus. prima pars patet in intellectu angelico non omnia intelligit per eandem species sed aliqua. et alia per aliam. ergo non semper omnia intelligit et considerat. ergo aliquando est in potentia ad considerare. scilicet ad actum secundum et non ad actum primum. illa que dicitur sunt intelligenda sunt de naturali cogit-

quod deficiunt quod in fine
post tabulam hanc

Quisquis hoc predaro vo-
luntate diu versans ad ornari cupis /
pencilq; videri hanc subscripta per luffra
tabulam, qua si per legens, facile adinue
nies quecuq; a notatu digna ibidem co
scripta sunt. Sed hoc paulisper lector at
tende, per li perape libro, per co, vel con
coclusionem, per no, notabili, quod nomi
ne sciendum in libro describit, per so, so//
lutione, per ar, argumento, vel articulo,

Accidens no significat quid
aut ens absolute libro septio
questione prima con, prima.
Accidētia absoluta an signifi
cent essentiam ibidem
Accidēs no drens nisi qz entis eodem,
libro, q, quarta, no, ij.
Accidentū no est qd quid est nisi fm qd
z diffinitio eoz est per additamentuz, li,
septimo, q, tertia con, secūda
Accidentia sunt duplicia quedā habent
determinatū subiectū quedā no ibidem
Actus est quādo res est, li, ix, q, iij, ij, no
Actus diuidit dupliciter eodē, li, iij, no.
Actus est prior potētia diffinitione eodē
libro, q, quarta conclu, prima
Actus est prior potētia, li, ix, q, qrtā, co, j
Actus est prior substantia siue perfectione
ibidem conclu, tertia.
Actus melior est quaz potentia in bonis
eodem libro, q, quinta conclu, prima
Actus est prior potentia in malis eodē
libro, q, quinta, co, scda
Actus est prior potētia fm intelligentiaz
ibidem conclu, tertia
Agens est duplex agens per motū z gel
nerationem, aliud est per simplicem e//
manationem libro, xij, q, quinta
Anima habet triplicē habitudinē ad cor
pus libro, xij, q, sexta vltimo no.
Artifex no exptus quantuz ad cognitio//
nem certior est, libro primo, q, v, con, ij.
Actiones sunt singulariū, li, j, q, v, infine
Ad aliquid diuidit in ad aliquid fm se
z fm accidens, li, v, q, x, primo no.
Ad aliquid tres principales habet mo//
dus ibidem

Ad aliquid tertiomō in eo no debet at//
tēdi mēluratio fm qritatē ibidē, iij, no
Accidentū duo sunt modi, libro quinto
q, xv, circa finem,

Bonus seu finis est duplex quo
dam extrinsecū aliud intrin//
cum, libro, xij, q, vltia, j, not.
Bonum z finis sunt idem, li,
xij, q, vltima, scdo no.
Bonū vniuersi ē ordo ibidē, co, prima.
Bonuz z finis extrinsecus vniuersi est bo
nuz separātū, qd deus ibidē, co, secunda
Bonū z finis vniuersi magis cōsistit in
bono separato quā in ordine eius ibidē
conclusionem tertia
Bonū triplex distinguit, s, vtile delectabi
le z honestum, li, primo, q, sexta, scdo, no

Compositū est magis substā
tia quā natura, li, vij, q, ij, con
clusionem tertia
Cōpositū ex substantia z acci
dente no est qd quid est scic diffinito co//
dez libro, q, tertia notabili tertio.
Contrarioz diffinitio est bene posita, li, x,
questione quarta
Cōtrariuz est tm vni vnum ibidē
Contradictio est prima oim oppositio//
nuz libro decimo, q, quinta, scda cōclu:
Contrarietas dicit a contradictione libro
decimo questione quinta
Contradictio quodammd cōuenit cuz
pauatione ibidem conclusionem secūda
Cōtrarietatis radix est pauatio z habitus,
ibidem conclusionem tertia
Cōtraria sunt duplicia, li, x, q, iij, infine
Cōtraria iteruz sunt duplicia eodem, li,
.q, prima, scda notabili
Corruptibile z incorruptibile dicitur gene
re phisico eodem libro, q, prima
Cause agentes z forma ad inuicēz dicitur,
libro duodecimo, q, prima
Celum siue mundū esse eternū duplex op
